


I

Arbor viciorum

Luxuria

Gula

Avaricia

Accidia

Ira

Invidia

Superbia

Sermo sit vanus / soleo volo vib...

Semis sit epule / ...ta gula...

Esuriat cupido ... / ... sit lege cupi...

Mistica ... / mil pt cedo ...

Nulla fugit / ... mea mea / ... fluit in ira

Despecta ... / ... mundo

Tensa ... / pecto ... / ... quo

Caecitas mentis — Tenebris ... qui luxurie famulat

Inconstantia — Sum levior ventis ... hec distracta mente

Inconsiderato — Nec video verum nec vult ... videre

Ebrietas — Nausco ... plus bibitura mea

Inepta letitia — In se decepta dicere lata inepta

Scurilitas — Esse magister scurralis ... palatio

Usura — Lucri ... ditari sit michi ...

Contemptus sui — Nil bene discernit quae papitaco sternit

Amor sui — Omnium ... mei sit ... nulla dei

Odium dei — Hic odit Christum qui mundum diligit istum

Multiloquium — Sepius offendo que non sit apta loquendo

Hebetudo sensus — Fit sensus plenus vino ... egenus

Immundicia — Corpore vel corde numquam maneo sine sorde

Furtum — Nil res furtive tollit ... sibi ...

Rapina — Omnibus opprimo non mea more meo

Prodicio — Hunc ego diligere simulo cui quero nocere

Malicia — Solicita cura quero semper nocitura

Rancor — Si quis me ledit numquam de mente recedit

Pusillanimitas — Nil possum ... facto dolore meo

Rixa — Sepius in nitens ... lites

Clamor — Pacem turbo clamor silentia rumpo

Indignacio — Hic non digna ut verba benigne loquatur

Odium — Est ... solus amor qui ... amor

Detractio — Detraho dum ... puto recte

Discordia — Concordia discordat facit discordia ...

Inobediencia — ... parere ... renuo tenere

Iactancia — Tollor ... magis loquendo superbis

Ypocrisis — ... video ... dat ... simulata

Unum crede deum // nec iures vana per ipsum
Sabbata sanctifices // habeas in honore parentes
Non sis occisor / fur // mechus / testis iniquus
Non nuptias nuptam // nec rem cupias alienam
¶ Est unus sed tres / creat / indulget / que coronat
Concipitur natus / patitur / descendit / et yma
Surgit / et ascendit / venit discutere cuncta
¶ Petrus / andreas / philippus / bartholomeus
Jacobus / et iacobus / iohannes / thomas / matheus
Simon / thadeus / sequitur que ultimo iudas
Cristi sequitur / agat. decimo / et luca sexto
decs Ascribit duo cognatum sorte mathiam
Paulus ... factus ut habetur actum nono
¶ Credo deum / genitor / passum / descendit / ascendit
Iudex / credo / sanctum / remissio / carnis / et vitam
¶ Credo petrus / et michi andr / io. qui genitor
Ja. iunior passus / descen. philippus / iacobus que ascendit
Iude thomas / bar. credo spiritum / matheus que sanctum
Simon remiss / thadeus carnis / mathias que vitam

¶ Sap. intel. con. for. sa. pi. ti. collige dona

¶ Pan. per. c. mut. lu. pa. imi. cor. sunt. 8. beata
¶ Est primi digiti / Ce atque ...
Annunciat / et meditat / concordat / iudicat / surgit
regnum celestis
vat ei deo
cat spe primis defunctus
immunda. cantione presidem




[redacted]

¶ Ordo. coniugium. fons. confirmatio. panis
Uncti postrema. confessio. sunt sacramenta
¶ Ut vincti fidei orgitat. sacris que vivitur
Ac omni virtus. sunt sacramenta statuta

¶ Littera. libertas. baptismus. vita. voluntas
Corporis integritas. votum. sponsus. pietas
Fama. fides. titulus. mixtio. forma. potestas

Tempore ordinibus prestandis ista requiras
¶ Genit(?) inpsbitero doctrina / fides bona vita
Hiis quintus caret / non debet esse sacerdos
¶ Excuse presbiteri debet hoc assidari
Absens laudari / prius non compari
Crapula vitari / nec temporis fabula pensari
Lecto narrari prae / xpo glorificari

¶ Aspicies veteri // dei / quasi vox benedicta
Aufert concedit vetat indulget / prohibet dat
¶ Coniugium prohibet adventus stella revocat
Septuagesima vetat / pasce concedo reddit
Ascensa prohibet / pentecosta trina reducit
¶ Utrumque virum prohibet nec thori postulet acti
Festa. sacra loco. ieiunia. menstrua. partus
Si petis hiis contra morem partus inisse
¶ Utrumque modis peccat / uxor maritus adulterus
Tempore. nocte. loco. conditione. modo
¶ Ut faciat contra. fraudem. debita solvat
Non nubere / hec que sequuntur communiat
Sed duo postuma tibi sunt promissa sine pena
¶ Voti. deforme corpus. subtracto sponsi
Sine sit affinis. resoluto mutua / stuprum
Coniugium / iunior etas. hec sponsalia solvat
¶ Error conditio / votum cognatio crimen
Impediunt fieri / permittunt facta retractari
Error conditio votum cognatio crimen
Cultus disparitas vis ordo ligamen honestas
Si sis affinis vel si coire nequibis
Hec socianda vetant coniugia facta retractant
¶ Casibus hiis septem redditur adultera uxor
Cum fornicatur vir / prostituta latet
Cognita prorsus / suppressa coniugis ab esse
Si credens nubat / post partum gallata
Cognita si virum quia sponsa fornicata poscat

¶ Matheus est septem dat marcus bis capitulum octo
Bis duodena lucas / decem bis aquila celi

Euangelia Dnicalia cum Epistolis

Rixa | Scpius inutes ge
Clamor | Pacem rumpo cl
Indi- gnacio | Hic me dignat ut v
Odium | Est mi solus amo
Detractio | Detraho dume si q
Discordia | Consca discorda
Impre- dicacio | Vicsao pare mi n
Iactancia | Tollor vilis ma n
Ypocrisis | Quae video ista

Hic liber est datus pro libraria collegii
artistarum per dominum Jacobum canonicum plocensem

Dominica 2 adventus Rom. 14



Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam
scripta sunt: ut per patientiam et consolationem
scripturarum spem habeamus: Deus autem
patientie et solatii det vobis idipsum sapere in al-
terutrum secundum Ihesum Christum. Ut unanimes uno
ore honorificetis deum et patrem domini nostri
Ihesu Christi: propter quod suscipite invicem.
sicut et Christus suscepit vos in honorem dei:
Dico enim Ihesum Christum ministrum fuisse
circumcisionis propter veritatem dei ad confirman-
das promissiones patrum: Gentes autem
super misericordia honorare deum sicut scriptum est:
Propterea confitebor tibi in gentibus et nomini
tuo cantabo: Et iterum dicit: letamini gentes
cum plebe eius: Et iterum: laudate omnes gentes

dominum magnificate eum omnes populi. Et rursum
ysaias dicit. Erit radix yesse et qui exurget
regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus
autem spei repleat vos omni gaudio et pace
in credendo ut abundetis in spe et virtute spiritus
sancti. Et

Erunt signa in sole et luna et stellis. Et in Luce 21
terra pressura gencium pre confusione sonitus
maris et fluctuum. Arescentibus hominibus pre timore
et expectacione que supervenient universo orbi. Nam
virtutes celorum movebuntur. Et tunc videbunt filium
hominis venientem in nube cum potestate magna
et maiestate. Hiis autem fieri incipientibus respi-
cite et levate capita vestra quoniam appropinquat
redempcio vestra. Et dixit eis similitudinem.

Videte ficulneas et omnes arbores cum producunt
iam ex se fructum scitis quoniam prope est estas. Ita
et vos cum videritis hec omnia fieri scitote quoniam
prope est regnum dei. Amen dico vobis quia
non preteribit generacio hec donec omnia fiant
Celum et terra transibunt verba autem mea non transibunt

Dominica 3 adventus Cor. 4

Sic nos existimet homo ut ministros christi et dispe-
satores misteriorum dei. Hic iam queritur inter dispen-
satores ut fidelis quis inveniatur. Michi autem
pro minimo est ut a vobis iudicer aut ab
humano die. Sed neque meipsum iudico neque
enim michi conscius sum sed non in hoc iustificatus
sum. Qui autem iudicat me dominus est. Itaque
nolite ante tempus iudicare quoadusque ve-
niat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum
et manifestabit consilia cordium et tunc laus erit

vniancꝫ ados

Cum audisset iohannes in vinculis opera Mt 11
Christi. mittens duos de discipulis suis ait
illi. Tu es qui venturus es. an alium expectamus?
Et respondens ihesus ait illis. Euntes renunciate iohanni
que audistis et vidistis. Ceci vident. et claudi
ambulant. leprosi mundantur. surdi audiunt. mortui
resurgunt. pauperes evangelizantur. Et beatus est
qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem
abeuntibus. cepit ihesus dicere ad turbas de iohanne.
Quid existis in desertum videre. arundinem vento
agitatam? sed quid existis videre hominem mol-
libus vestitum. Ecce qui mollibus vestiuntur
in domibus regum sunt. Sed quid existis

videre prophetam. Etiam dico vobis et plus quam
prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce
ego mitto angelum meum ante faciem tuam
qui preparabit viam tuam ante te

Dominica iii adventus
Philippenses iiii

Gaudete in domino semper iterum dico gau
dete. Modestia vestra nota sit omnibus
hominibus. Dominus enim prope est. Nichil solliciti
sitis sed in omni oratione et obsecratione cum
graciarum actione petitiones vestre innotescant
apud deum. Et pax dei que exsuperat
omnem sensum custodiat corda et corpora
vestra et intelligencias vestras in Christo Ihesu
domino nostro.

Miserunt iudei ab ierosolimis sacerdotes et Io. p°
levitas ad iohannem ut interrogarent eum
Tu quis es. et confessus est. et non negavit. Et
confessus est quia non sum ego cristus. Et
interrogaverunt eum. Quid ergo: helias es
tu: et dixit: non sum. Et dixerunt propheta
es tu. Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis
Quis es. ut responsum demus hys qui mise-
runt nos. Quid dicis de te ipso: ait. Ego
vox clamantis in deserto. dirigite viam domini.
sicut dixit ysaias propheta. Et qui missi
fuerant. erant ex phariseis. et interrogaverunt
eum. Quid ergo baptizas. si tu non es
cristus: neque helias: neque propheta. Respondit

eis Johannes dicens Ego baptizo in aqua.
medius autem vestrum stetit. quem vos nescitis.
Ipse est. qui post me venturus est. qui ante
me factus est. cuius non sum dignus ut solvam
eius corrigiam calciamenti. Hec in Bethania
facta sunt. trans Iordanem. ubi erat Io-
hannes baptizans.

Dominica infra octavas nativitatis domini. Ad Galatas 4

Quanto tempore heres etate & sciencia
parvulus est. nichil differt a servo
cum sit dominus omnium sed sub tutoribus et actoribus est
usque ad prefinitum tempus a patre. Ita et nos cum
essemus parvuli sub elementis huius mundi
eramus servientes. At ubi venit plenitudo

temporis misit deus filium suum factum ex
muliere factum sub lege ut eos qui sub lege
erant redimeret ut adoptionem filiorum reciperemus
Quoniam autem estis filii dei misit deus spiritum
filii sui in corda vestra clamantem abba pater
Itaque iam non est servus sed filius. Quod
si filius et heres per deum

Erat ioseph. et maria mater ihesu. Luce 2°

dzivovali sie tim
mirantes super hiis. que dicebantur de illo. Et benedixit illis symeon et
dixit ad mariam matrem eius Ecce. positus
day
est hic in ruinam. et resurrectionem multorum
na
in israel. et in signum cui contradicetur
prawaci

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius ut
revelentur ex multis cordibus cogitationes.
Et erat anna prophetissa filia phanuel de
vyele lat mala
tribu aser. Hec processerat in diebus multis
et vixerat cum viro suo annis septem
a virginitate sua. Et hec vidua erat usque
ad annos octoginta quatuor. Que non
vichola
discedebat de templo ieiuniis et obsecra-
tionibus serviens deo die ac nocte. Et
przisedwsi
hec ipsa hora superveniens confitebatur
domino et loquebatur de illo omnibus qui expec-
doboli
tabant redemptionem israel. Et ut perfece-
runt omnia secundum legem domini

reuersi sunt in galileam ciuitatem suam
nazareth. Puer autem crescebat et conforta-
batur plenus sapientia et gratia dei erat
in illo

Dominica infra octauas Epiphanie Ro. 12

Obsecro vos per misericordiam dei ut exhi-
beatis corpora vestra hostiam
viuentem sanctam deo placentem rationabile
obsequium vestrum. Et nolite conformari huic
seculo. sed reformamini in nouitate sensus
vestri. ut probetis que sit voluntas dei
bona et bene placens et perfecta. Dico enim
per gratiam que data est michi omnibus qui sunt
inter vos non plus sapere / sed sapere 1 q 03

ad sobrietatem. Et unicuique sicut deus divi-
sit mensuram fidei. Sicut enim in uno
corpore multa membra habemus omnia au-
tem non eundem actum habent. Ita multi unum
corpus sumus in christo. Singuli autem alter
alterius membra in christo ihesu domino nostro.

Luce 2°

Cum factus esset ihesus annorum duode-
cim. ascendentibus illis ierosolimam
secundum consuetudinem diei festi. Consummatis-
que diebus cum redirent remansit puer
ihesus in ierusalem et non cognoverunt parentes
eius. Existimantes autem illum esse in comi-
tatu venerunt iter diei et requirebant eum

inter cognatos et notos. Et non invenientes
eum regressi sunt in Jerusalem requirentes
eum. Et factum est post triduum invenerunt
eum in templo sedentem in medio doctorum
audientem illos et interrogantem eos. Stu-
pebant autem omnes qui eum audiebant
super prudentia et responsis eius. Et videntes
admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum.
Fili quid fecisti nobis sic. Ecce pater tuus
et ego dolentes querebamus te. Et ait ad
illos. Quid est quod me querebatis. nesciebatis
quia in hiis que patris mei sunt oportet
me esse. Et ipsi non intellexerunt verbum

quos locutus est ad illos. Et descendit cum
eis et venit nazareth et erat subditus illis.
Et mater eius conservabat omnia verba hec con-
ferens in corde suo. Et proficiebat ihesus
etate et sapientia et gratia apud deum et
homines;

Dominica prima post octavas Epiphanie Rom 12.

Habentes donationes secundum gratiam
que data est nobis differentes.
Sive prophetiam secundum rationem fidei. Sive mi-
nisterium in ministrando. Sive qui docet in doc-
trina. Qui exortatur in exhortando. Qui
tribuit in simplicitate. Qui preest in solli-
citudine. Qui miseretur in hilaritate. Dilec-
tio sine simulatione. Odientes malum

adherentes bono. caritate fraternitatis invicem
diligentes. honore invicem prevenientes/ so-
licitudine non pigri/ spiritu ferventes/ domino
servientes/ spe gaudentes/ in tribulatione
patientes/ orationi instantes/ necessitatibus sanctorum
communicantes/ hospitalitatem sectantes/ bene-
dicite persequentibus vos. benedicite et nolite
maledicere/ gaudere cum gaudentibus/ flere cum
flentibus/ idipsum invicem sentientes/ non alta
sapientes sed humilibus consentientes;

Nuptie facte sunt in chana galilee et Jo. 2°
erat mater ihesu ibi. vocatus est
autem ihesus et discipuli eius ad nuptias.
Et deficiente vino dicit mater ihesu ad eum.

vinum non habent. Et dicit ei ihesus. Quid
michi et tibi mulier. nondum venit hora
mea. Dicit mater eius ministris. Quodcumque dixerit
vobis facite. Erant autem ibi lapidee ydrie
sex posite secundum purificationem iudeorum capie-
tes singule metretas binas vel ternas. Di-
cit eis ihesus. Implete ydrias aqua. Et imple-
verunt eas usque ad summum. Et dixit eis ihesus.
Haurite nunc et ferte architriclino. Et tulerunt.
Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum
factam et non sciebat unde esset. ministri autem
sciebant qui hauserant aquam vocat sponsum
architriclinus et dicit ei Omnis homo primum
bonum vinum ponit et cum inebriati fuerint

tunc id quod deterius est. Tu autem servasti bo-
num vinum usque adhuc. Hoc fecit initium
signorum Ihesus in Chana Galilee et manifestavit
gloriam suam et crediderunt in eum discipuli
eius.

Nolite esse prudentes apud vosmet- Dominica 2 post octavas Epiphanie Ro. 12.
ipsos nulli malum pro malo reddentes.
providentes bona non tantum coram deo sed etiam
coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex vobis
est cum omnibus hominibus pacem habentes.
Non vosmetipsos defendentes karissimi
sed date locum ire. Scriptum est enim
Michi vindicta et ego retribuam dicit
dominus. Sed si esurierit inimicus tuus ciba

illum. Si sitit potum da illi. Hoc enim
faciens carbones ignis congeres super
caput eius. Noli vinci a malo sed vince
in bono malum.

Mt. 8. Cum descendisset ihesus de monte se-
cute sunt eum turbe multe. Et ecce
leprosus veniens adorabat eum dicens. Domine
si vis potes me mundare. Et extendens ihesus
i. sis mundus
manum tetigit eum dicens. Volo mundare.
Et confestim mundata est lepra eius. Et ait
illi ihesus. Vide nemini dixeris sed vade
ostende te sacerdotibus et offer munus quod
precepit moyses in testimonium illis. Cum
autem introisset capharnaum accessit ad

eum centurio rogans eum et dicens domine
puer meus iacet paraliticus in domo et male
torquetur. Et ait ihesus ego veniam et curabo
eum. Et respondens centurio ait domine non sum
dignus ut intres sub tectum meum sed tantum
dic verbo et sanabitur puer meus. Nam et ego
sum homo sub potestate habens sub me milites
et dico huic vade et vadit et alii veni et
venit et servo meo fac hoc et facit. Audiens
autem ihesus miratus est et sequentibus se dixit
Amen dico vobis non inveni tantam fidem
in israel. ~~Dico autem vobis non inveni tantam~~
~~fidem~~. Dico autem vobis quod multi ab oriente

Dominica iii post octavas Epiphanie Rom. 13

et occidente venient et recumbent cum Abraham
et Ysaac et Iacob in regno celorum; filii autem
regni eicientur in tenebras exteriores; ibi
erit fletus et stridor dencium. Et dixit
Ihesus centurioni: Vade et sicut credidisti
fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem
diligatis. Qui enim diligit proximum
proximum legem implevit. Nam non adulterabis,
non occides, non furaberis, non falsum
testimonium dices, non concupisces rem
proximi tui. Et si quod est aliud manda-
tum, in hoc verbo instauratur: Diliges
proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi

mali nos operatur Plenitudo ergo legis
est dilectio

de Navigatione nostra et periculis eius. Aug: ser: 13 et 14 de verb. domini secundum Matth.

Ascendente ihesu in naviculam secuti Ma[t] 8.
sunt eum discipuli eius Et ecce mo-
tus factus est magnus in mari ita ut na-
vicula operiretur fluctibus ipse vero dormiebat
Et accesserunt ad eum discipuli eius et suscita-
verunt eum dicentes Domine salva nos perimus
Et dicit eis quid timidi estis modice fi-
dei Tunc surgens imperavit ventis et
mari et facta est tranquillitas magna
Porro homines mirati sunt dicentes
Qualis est hic quia venti et mare
obediunt ei

Dominica post octavas Epiphanie Colo. 3°

Induite vos sicut electi dei sancti et dilecti
viscera misericordie benignitatem humilitatem mo-
destiam pacienciam supportantes invicem et con-
donantes vobis metipsis si quis adversus aliquem
habet querelam Et sicut dominus donavit vobis ita
et vos super omnia autem hec karitatem habete
quod est vinculum perfectionis Et pax christi
exultet in cordibus vestris in qua et vocati estis
in uno corpore et grati estote verbum christi
habitet in cordibus vestris abundanter In omni
sapiencia docentes et commonentes vos metipsos
in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus
in gracia cantantes in cordibus vestris deo Omne
quodcumque facitis in verbo aut opere omnia

in nomine domini nostri ihesu christi facite gratias agen-
tes deo et patri per ipsum cristum dominum nostrum.

Simile factum est regnum celorum homini
qui seminavit bonum semen in agro suo.
Cum autem dormirent homines venit inimicus eius.
et superseminavit zizania in medio tritici et
abyt. Cum autem crevisset herba et fructum fecisset
tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem
servi patris familias dixerunt ei. Domine
nonne bonum semen seminasti in agro tuo. Unde
ergo habet zizania. Et ait illis inimicus
homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei. Vis
imus et colligemus. Et ait. Non. Ne forte
colligentes zizania eradicetis simul et tritic-

Sinite utraque crescere usque ad messem et in tempore
messis dicam messoribus. colligite primum
zizania et alligate ea in fasciculos ad com-
burendum. Triticum autem congregate in horreum
meum.

Dominica septuagesime Cor. 9.

Nescitis quod hii qui in stadio currunt omnes
quidem currunt sed unus accipit bra-
vium. sic currite ut comprehendatis. Omnis autem
qui in agone contendit ab omnibus se abstinet
Et illi quidem ut corruptibilem coronam
accipiant. nos autem incorruptam. Ego autem
sic curro non quasi in incertum. sic pugno non
quasi aerem verberans ~~aerem~~ sed castigo corpus
meum et in servitutem redigo. Ne forte cum
aliis predicaverim ipse reprobus efficiar

Nolo enim vos ignorare fratres quia patres
nostri omnes sub nube fuerunt et omnes mare
transierunt et omnes in moyse baptizati sunt
in nube et in mari et omnes eandem escam spiri-
talem manducaverunt et omnes eundem potum
spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali
consequente eos petra. Petra autem erat cristus.

Simile est regnum celorum homini patri-
familias qui exiit primo mane
conducere operarios in vineam suam. Conventione
autem facta cum operariis ex denario diurno
misit eos in vineam suam. Et egressus
circa horam terciam vidit alios stantes
in foro ociosos et dixit illis. Ite et vos

in vineam meam, et quod iustum fuerit dabo vobis.
Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam
et nonam horam et fecit similiter. Circa undecimam
vero exiit et invenit alios stantes et dicit
quid hic statis tota die ociosi. Dicunt ei
quia nemo nos conduxit. Dicit illis Ite
et vos in vineam. Cum sero autem factum esset dicit
dominus vinee procuratori suo. Voca operari-
os. et redde illis mercedem incipiens a novis-
simis usque ad primos. Cum venissent ergo qui
circa undecimam horam venerant acceperunt
singulos denarios. venientes autem et primi arbitrati
sunt quia plus accepturi essent. accepe-
runt autem et ipsi singulos denarios. Et

accipientes murmurabant adversus patremfami-
lias dicentes. Hii novissimi una hora fecerunt.
et pares illos nobis fecisti. qui portavimus
pondus diei et estus. At ille respondens uni
eorum dixit. Amice non facio tibi iniuriam. No-
nne ex denario convenisti mecum. Tolle quod
tuum est et vade. Volo autem et huic novissimo
dare sicut et tibi. an non licet michi quod
volo facere. an oculus tuus nequam est. quia
ego bonus sum. Sic erunt novissimi pri-
mi et primi novissimi. Multi enim sunt
vocati pauci vero electi.

Fratres libenter suffertis insipientes
cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis

enim si quis vos in servitutem redigit
Si quis devorat. si quis accipit. si quis
extollitur. si quis in faciem vos cedit. se-
cundum ignobilitatem dico quasi nos infirmi
fuerimus in hac parte. in quo quis audet
in insipientia dico. audeo et ego. Hebrei
sunt et ego. Israhelite sunt et ego. Semen
Abrahe sunt et ego. Ministri Christi sunt
et ego. Ut minus sapiens dico, plus
ego. in laboribus plurimis in carceribus
et abundancius in plagis supra modum
in mortibus frequenter. A Iudeis quinquies
quadragenas una minus accepi.

Ter virgis cesus sum Semel lapidatus sum
Ter naufragium feci. Nocte ac die in profundo
maris fui in itineribus saepe, periculis fluminum,
periculis latronum, periculis ex genere, periculis
ex gentibus, periculis in civitate, periculis in soli-
tudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus,
in labore et erumpna, in vigiliis multis,
in fame et siti, in ieiuniis multis, in frigore et
nuditate, preter illa que extrinsecus sunt. In-
stancia mea cottidiana sollicitudo omnium
ecclesiarum. Quis infirmatur ~~et~~ et ego non
infirmor? Quis scandalizatur et ego non
uror? Si gloriari oportet que infirmitatis mee

fuit glabor / Deus et pater domini nostri Ihesu Christi
scit qui est benedictus in secula quod non mentior.
Damasci prepositus gentis Arethe regis custo-
diebat civitatem Damascenorum ut me com-
prehenderet. Et per fenestram in sporta dimissus
sum per murum / et sic effugi manus eius.
Si gloriari oportet non expedit quidem / veniam
autem ad visiones et revelationes domini. Scio
hominem in Christo ante annos quatuordecim sive in
corpore sive extra corpus nescio deus scit
raptum huiusmodi hominem sive in corpore sive
extra corpus nescio deus scit / quoniam raptus
est in paradisum et audivit ibi archana

verba que non licet homini loqui. Pro huiusmodi
gloriabor pro me autem nichil gloriabor nisi in-
firmitatibus meis. Nam et si voluero gloriari
non ero insipiens veritatem enim dicam. Parco
autem ne quis me existimet supra id quod
videt in me aut audit aliquid ex me.
Et ne magnitudo revelationum extollat
me datus est michi stimulus carnis
mee angelus sathane qui me colaphi-
zet. Propter quod ter dominum rogavi ut discederet
a me. Et dixit michi sufficit tibi gratia mea
nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur
gloriabor in infirmitatibus meis ut inhabitet in

me virtus cristi
Cum turba plurima conveniret et de
civitatibus properaret ad ihesum dixit
per similitudinem Exiit qui seminat seminare semen
suum Et dum seminat aliud cecidit secus
viam et conculcatum est et volucres celi
comederunt illud et aliud cecidit supra
petram et natum aruit quia non habebat
humorem Et aliud cecidit inter spinas
et simul exorte spine suffocaverunt illud
Et aliud cecidit in terram bonam et ortum
fecit fructum centuplum Hec dicens
clamabat qui habet aures audiendi

audiat Interrogabant autem discipuli eius
que esset parabola hec Quibus ipse dixit vobis
datum est nosse misterium regni dei ceteris autem
in parabolis ut videntes non videant et audientes
non intelligant Est autem hec parabola Semen est
verbum dei Qui autem secus viam
hii sunt qui audiunt Deinde venit dyabolus
et tollit verbum de corde eorum ne credentes
salvi fiant Nam qui supra petram hii cum
audierint cum gaudio suscipiunt verbum
et hii radices non habent qui ad tempus
credunt et in tempore temptacionis recedunt
Quod autem in spinas cecidit hii sunt

qui audierunt et a sollicitudinibus et diviciis et vo-
luptatibus vite euntes suffocantur et non refer-
unt fructum. Que autem in terram bonam hii sunt qui in corde
bono et optimo audientes verbum retinent
et fructum afferunt in paciencia.

Fratres si linguis hominum loquar et
angelorum caritatem autem non habeam
factus sum sicut es sonans aut cymbalum tinni-
ens. Et si habuero prophetiam et noverim mi-
steria omnia et omnem scientiam, et si habuero
omnem fidem ita ut montes transferam, caritatem
autem non habeam nichil sum. Et si distribuero
in cibos pauperum omnes facultates meas

et si tradidero corpus meum ita ut ardeam
caritatem autem non habeam nichil michi pro-
dest. Caritas paciens est benigna est. Cari-
tas non emulatur non agit (i. prave) perperam, non inflatur,
non est ambitiosa, non querit que sua sunt, non
irritatur, non cogitat malum, non gaudet super
iniquitate, congaudet autem veritati, omnia
omnia credit, omnia sustinet, omnia sperat.
Caritas nunquam excidit. Sive prophetie eva-
cuabuntur, sive lingue cessabunt, sive
scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus et
ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod
perfectum est evacuabitur quod ex parte est. Cum
essem parvulus loquebar ut parvulus

sapiebam ut paruulus cogitabam ut paruulus.
Cum autem factus sum vir euacuaui que erant
paruuli. Videmus nunc per speculum in enigmate
te. tunc autem facie ad faciem. Nunc co
gnosco ex parte. tunc autem cognoscam ~~facie~~
~~ad faciem~~ sicut et cognitus sum. Nunc
autem manent fides spes caritas tria hec.
Maior autem horum est caritas.

odvowd
Assumpsit ihesus duodecim discipu
weslyu
los suos et ait illis. Ecce ascendimus
tzv abgda dotrom switty...
ierusalem et consummabuntur omnia que
scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tra
podan abadze nasmevay
detur enim gentibus et illudetur et flagellabitur

et conspuetur. Et postquam flagellaverint occident
eum, et tertia die resurget. Et ipsi nihil horum
intellexerunt, et erat autem verbum illud ab
sconditum ab eis, et non intelligebant que di
cebantur. Factum est autem cum appropinquaret
iericho, cecus quidam sedebat secus viam
mendicans. Et cum audiret turbam pretereuntem
interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem
ei quod ihesus nazarenus transiret, et clamavit
dicens ihesu fili david miserere mei. Et
qui preibant increpabant eum ut taceret.
Ipse vero multo magis clamabat fili
david miserere mei. Stans autem ihesus
iussit eum adduci ad se. Et cum appropinquasset

interrogavit eum dicens. Quid tibi vis ut faciam? At ille dixit: Domine ut videam. Et dixit illi ihesus: Respice. fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit et sequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs ut vidit dedit laudem deo.

Fratres hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim tempore accepto exaudivi te et in die salutis adiuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem ut non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus

in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus,
in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate,
in scientia, in longanimitate, in suavitate, in spiritu sancto,
in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute
dei, per arma iustitie a dextris et a sinistris
per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam
famam, ut seductores et veraces, sicut qui
ignoti et cogniti, quasi morientes et ecce
vivimus, ut castigati et non mortificati, quasi
tristes semper autem gaudentes, sicut egentes
multos autem locupletantes, tamquam nichil
habentes et omnia possidentes;

Ductus est Ihesus in desertum a spiritu
ut temptaretur a dyabolo. Et cum

ieiunasset quadraginta ~~noctibus~~ diebus et

lačen byl

quadraginta noctibus postea esuriit

Et accedens temptator dixit ei. Si

filius dei es dic ut lapides isti panes

vece

fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est

ne tolko v selikem

non in solo pane vivit homo. Sed in omni

verbo quod procedit de ore dei. Tunc

pojal

assumpsit eum dyabolus in sanctam

postavil ... na ... vrchu

civitatem et statuit super pinnaculum

templi et dixit ei. Si filius dei es mitte

te deorsum. Scriptum est enim quia

de te

angelis suis mandavit et in manibus

suis tollent te ne forte offendas ad

lapidem pedem tuum. Ait illi ihesus rursum est

Scriptum est non temptabis dominum deum

tuum. Iterum assumpsit eum dyabolus

in montem excelsum valde. et ostendit illi omnia

regna mundi et gloriam eorum. et dixit ei. Hec

omnia tibi dabo si procidens adoraveris

me. Tunc dixit ei ihesus. Vade sathana

Scriptum est enim. dominum deum tuum ado-

rabis et illi soli servies. Tunc reliquit

eum dyabolus et ecce angeli accesserunt

et ministrabant ei.

Fratres rogamus vos et obsecramus

in domino ihesu ut quemadmodum

accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare
et placere deo sic et ambuletis ut abundetis magis
Scitis enim que precepta dederim vobis per dominum
ihesum. Hec est enim voluntas dei sanctificati-
o vestra ut abstineatis vos a fornicatione
ut sciat unusquisque vestrum suum vas possidere
in sanctificatione et honore non in passione de-
siderii sicut gentes que ignorant deum.
Et ne quis supergrediatur neque circumveniat
in negocio fratrem suum quoniam vindex est deus
de his omnibus sicut prediximus vobis et
testificati sumus. Non enim vocavit nos
deus in immundiciam sed in sanctificationem. Itaque

ihesu domino nostro

Egressus ihesus secessit in partes Tyri
et Sidonis Et ecce mulier chana-
nea egressa est a finibus illis
clamabat dicens. Miserere mei domine
fili david. filia mea a demonio male vexatur
Qui non respondit ei verbum Et accedentes
discipuli eius rogabant eum dicentes.
dimitte eam. quia clamat post nos
Ipse autem respondens ait. Non sum mis-
sus nisi ad oves que perierant domus is-
rahel. At illa venit et adoravit eum
dicens, domine adiuva me. Qui

respondens ait. Non est bonum sumere panem
filiorum et mittere canibus ad manducandum.
At illa dixit. Etiam domine, nam et catelli
edunt de micis que cadunt de mensa
dominorum suorum. Tunc respondens Ihesus ait
illi. O mulier magna est fides tua, fiat
tibi sicut vis. Et sanata est filia eius
ex illa hora.

Fratres estote imitatores dei sicut
filii karissimi et ambulate in
dilectione sicut christus dilexit vos
et tradidit semetipsum pro vobis oblacionem
et hostiam deo in odorem suavitatis

Fornicacio autem et omnis immundicia
aut auaricia nec nominetur in vobis,
sicut decet sanctos, aut turpitudo aut
stultiloquium aut scurilitas que ad rem
non pertinet, sed magis graciarum accio. Hoc
autem scitote intelligentes quod omnis
fornicator aut immundus et auarus,
quod est ydolorum seruitus, non habet
hereditatem in regno christi et dei.
Nemo vos seducat inanibus verbis.
Propter hoc enim venit ira dei in
filios diffidencie. Nolite ergo fieri

participes eorum. Eratis enim aliquando tenebre
nunc autem lux in domino. ut filii lucis
ambulate fructus enim lucis est in omni
bonitate et iusticia et veritate ;

Dominica 3a in quadragesima luce xi

In illo tempore. Erat ihesus eiciens
demonium et illud erat mutum
Et cum eiecisset demonium locutus est
mutus et admirate sunt turbe. Qui-
dam autem ex eis dixerunt. in beelze-
bub principe demoniorum eicit demonia.
Et alii temptantes eum signum de celo q-
rebant ab eo. Ipse autem ut vidit cogi-
taciones eorum dixit eis. Omne regnum

in se ipsum divisum desolabitur et do-
mus supra domum cadet. Si autem et sa-
thanas in se ipso divisus est. quomodo stabit
regnum ipsius? quia dicitis in belzebub
eicere me demonia. Si autem in belzebub ego
eicio demonia. filii vestri in quo eiciunt?
Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro si
in digito dei eicio demonia. profecto
pervenit in vos regnum dei. Cum fortis
armatus custodit atrium suum. in pace
sunt omnia que possidet. Si autem fortior
illo superveniens vicerit eum. univer-
sa arma eius aufert in quibus

confidebat, et spolia eius distribuet. Qui
non est mecum adversum me est, et qui
non colligit mecum dispergit. Cum im-
mundus spiritus exierit ab homine ambu-
lat per loca inaquosa querens requi-
em et non inveniens dicit: revertar in domum
meam unde exivi. Et cum venerit
in domum, invenit eam scopis mun-
datam et ornatam. Tunc vadit et assumit septem
alios spiritus nequiores se et ingressi
habitant ibi. Et fiunt novissima hominis
illius peiora prioribus. Factum est
autem cum hec diceret: extollens

vocem quedam mulier de turba dixit Beatus
venter qui te portavit et ubera que su-
xisti. At ille dixit Quinimmo (alc ytch) Beati qui
audiunt verbum dei et custodiunt illud

Scriptum est quoniam Abraham duos
filios habuit, unum de ancilla, et
unum de libera. Sed qui de ancilla secundum
carnem natus est. Qui autem de libera per re-
promissionem que sunt per allegoriam dicta. Hec enim
sunt duo testamenta, unum quidem in monte
Syna in servitutem generans que est agar.
Syna autem mons est in arabia qui con-
iunctus est ei, que nunc est Ierusalem et ser-
vit cum filiis suis. Illa autem que

sursum est ierlm libera ē q̃ ē mat̃ nr̃a
Scriptum ē enim. Letare sterilis que non
paris. erumpe et clama que nõ parturis.
quia multi filij deserte magis quã eius
que habet virum. Nos aũt fr̃es s̃cdm
ysaac promissionis filij sumus. Sed quomõ
tunc qui secundum carnem natus fuẽt
persequebat̃ eum qui s̃cdm spũm ita et
nunc. Sed quid dicit scriptura. Eice ancillã
et filiu eius. Nõ enim heres erit filius
ancille cum filio libere. Itaqȝ fr̃es non
sumus filij ancille sed filij libẽe. qua lib̃
tate xp̃us nos liberavit.

Abiit ihesus trans mare galilee quod est   Jo vi°
tyberiadis, et sequebatur eum multi-
tudo magna, quia videbant signa que faciebat
super hiis qui infirmabantur. Subiit ergo
in montem ihesus, et ibi sedebat cum discipulis
suis. Erat autem proximum pascha dies
festus iudeorum. Cum sublevasset ergo oculos
ihesus et vidisset quia multitudo maxima ve-
nisset ad eum, dicit ad philippum: Unde
ememus panes ut manducent hii? Hoc
autem dicebat temptans eum; ipse enim
sciebat quid esset facturus. Respondit ei
philippus: Ducentorum denariorum panes

non sufficiunt eis ut unusquisque modicum quid
accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius
Andreas frater Symonis Petri: Est puer hic
unus qui habet quinque panes ordeace-
os et duos pisces. Sed hec quid sunt inter
tantos. Dixit ergo eis Ihesus: facite homines
discumbere. Discubuerunt ergo viri numero quasi
quinque milia. Erat autem fenum multum in loco.
Accepit ergo Ihesus panes, et cum gratias egisset
distribuit discumbentibus. Similiter et ex pisci-
bus quantum volebant. Ut autem impleti
sunt dixit discipulis suis: Colligite que
superaverunt fragmenta ne pereant. Colle-
gerunt ergo et impleverunt duodecim

cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordea-
ceis et duobus piscibus que superfuerunt hiis
qui manducauerant. Illi ergo homines cum
vidissent quod fecerat signum dicebant. Quia
hic est vere propheta qui venturus est in mundum.

Christus assistens pontifex futurorum
bonorum per amplius et perfectius taberna-
culum non manu factum id est non huius creationis
neque per sanguinem hircorum et vitulorum sed per
proprium sanguinem introivit semel in sancta eterna
redemptione inventa. Si enim sanguis hircorum aut
taurorum et cinis vitule aspersus inquina-
tos sanctificat ad emundationem carnis.

quanto magis sanguis christi qui per spiritum sanctum
semetipsum obtulit immaculatum deo emundabit
conscienciam nostram ab operibus mortuis ad
serviendum deo viventi. Et ideo novi testa-
menti mediator est. ut morte intercedente
in redempcionem earum prevaricacionum que erant
sub priori testamento repromissionem accipiant
qui vocati sunt eterne hereditatis In
christo ihesu domino nostro

Jo. 8 Dicebat ihesus turbis iudeorum et princi-
pibus sacerdotum. Quis ex vobis
arguet me de peccato. Si veritatem dico
quare vos non creditis michi. Qui est
ex deo verba dei audit. propterea vos non

audistis quia ex deo non estis. Responderunt ei iu-
dei et dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos quia
samaritanus es tu et demonium habes. Respondit Iesus
Ego demonium non habeo sed honorifico
patrem meum et vos inhonorastis me. Ego
autem non quero gloriam meam est qui querat [badz]
et iudicet. Amen amen dico vobis. Si quis
[bazamyc] sermonem meum servaverit mortem non vide-
bit in eternum. Dixerunt ergo iudei. Nunc co-
gnovimus quia demonium habes. Abraham
mortuus est et prophete et tu dicis. Quia si quis
sermonem meum servaverit non gustabit
mortem in eternum. Numquid tu maior
es patre nostro Abraham qui mortuus

est. Et prophete mortui sunt. Quem te ipsum
facis? Respondit ihesus: Si ego glorifico me
ipsum, gloria mea nichil est. Est pater meus
qui glorificat me, quem vos dicitis quia
deus vester est, et non cognovistis eum.
Ego autem novi eum. Et si dixero quia non
novi eum, ero similis vobis mendax.
Sed scio eum, et sermonem eius servo. Ab-
braham pater vester exultavit ut videret
diem meum, et vidit et gavisus est. Dixerunt
ergo iudei ad eum: Quinquaginta annos
nondum habes, et abraham vidisti?
Dixit eis ihesus: Amen amen dico vobis,
antequam abraham fieret, ego sum. Tulerunt

aperto · ab eys qui tangebant

ergo lapides ut iacerent in eum. Ihesus

nec baptizat

autem abscondit se et exivit de templo.

Hoc sentite in vobis quod et in christo ihesu. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens. in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem. mortem autem crucis. propter quod et deus illum exaltavit et donavit illi nomen quod est super omne nomen ut in nomine ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Et omnis lingwa confiteatur quia dominus ihesus cristus

est in gloria dei patris.

Mt. 21. Mr. 11. Luc. 19. Jo. 12. Secundum Matheum

Cum appropinquasset ihesus ierosolimis
cum discipulis // i. ad quandam villam prope (?) sacerdotum sitam in latere montis oliveti usque ihrm distabat circiter uno miliari ubi servabant animalia victimanda
et venisset bethphage ad montem oli-
scilicet petrum et philippum
veti, tunc misit duos discipulos dicens
i. in urbem
eis: ite in castellum quod contra vos est et
bivio (?) positum contra // scilicet eis
obsequium (?) ne obsta...
statim invenietis asinam alligatam et pullum
scilicet hominem (?)
cum ea. Solvite et adducite michi. Et si quis
scilicet ihesus
aliquid vobis dixerit: dicite quia dominus
scilicet asina et pullo eis
his opus habet: et confestim dimittet
eos: hoc autem totum factum est ut adim-
scilicet zacharia capitulo 9.
pleretur quod dictum est per prophetam dicentem
Dicite filie syon: Ecce rex tuus venit
tibi mansuetus et sedens super asinam
non quod sederit super utrumque simul, sed similiter (?) quia primo sedit super pullum quod (?) bis (?) non erat domitus quia non erat adhuc aptatus humanis usibus.
i. asine que fuit apta iugo portare
et pullum filium subiugalis. Euntes autem

discipuli fecerunt sicut precepit illis ihesus
et adduxerunt asinam et pullum et imposuerunt
super eos vestimenta sua et eum desuper sedere
fecerunt. Plurima autem turba straverunt vesti-
menta sua in via. alii autem cedebant ramos de arbo-
ribus et sternebant in via. Turbe autem que
precedebant et que sequebantur clamabant
dicentes osanna filio david benedictus
qui venit in nomine domini osanna in excelsis

Expurgate vetus fermentum
ut sitis nova conspersio sicut
estis azimi. Etenim pascha nostrum
immolatus est christus. Itaque epulemur

Non infermeto veteri neque infermento
malicie et nequicie sed azimis sinceri-
tatis et veritatis.

Maria magdalena et maria iaco-
                    nakopili   masti drogich
bi et salome emerunt aroma-
      prziedussi   pomazali
ta ut venientes ungerent ihesum et valde
           prwnieho dna   posobotie   grobu
mane una sabbatorum veniunt ad monu-
            a slunce iuz bilo
mentum orto iam sole. Et dicebant
     pospolu   odvali
ad invicem. Quis revolvet nobis
                     grobovich   wezrawssi
lapidem ab hostio monumenti. Et respi-
cientes viderunt revolutum lapidem.
        bo bzc bil
Erat quippe magnus valde. Et introeuntes

in monumentum viderunt iuvenem sedentem
in dextris coopertum stola candida et obstupu-
erunt. Qui dicit illis Nolite expavescere
ihesum queritis nazarenum crucifixum, sur-
rexit non est hic, ecce locus ubi posuerunt
eum. Sed ite dicite discipulis eius et petro
quia precedet vos in galileam, ibi eum
videbitis sicut dixit vobis.

Karissimi omne quod natum est Dominica prima
ex deo vincit mundum et hec post pascha
est victoria que vincit mundum fides I Jo. 4
nostra. Quis est autem qui vincit mundum

nisi qui credit quoniam ihesus est filius dei hic
est qui venit per aquam et sanguinem
ihesus cristus Non in aqua solum sed in
aqua et sanguine Et spiritus est qui qui
testificatur quoniam cristus est veritas Quia
tres sunt qui testimonium dant in celo
pater et verbum et spiritus sanctus Et hii tres
unum sunt Si testimonium hominum
accipimus testimonium dei maius est
Quoniam hoc est testimonium dei quod maius
est quia testificatus est de filio suo Qui
credit in filium dei habet testimonium
dei in se .

Cum esset sero die illa una sabbatorum Jo. 20
et fores essent clause ubi erant dis-
cipuli congregati propter metum iudeorum
venit Jhesus et stetit in medio et dixit eis
Pax vobis Et cum hoc dixisset ostendit
eis manus et latus Gavisi sunt ergo
discipuli viso domino Dixit ergo eis iterum
Pax vobis sicut misit me pater et ego
mitto vos Hec cum dixisset insufflavit
et dixit eis Accipite spiritum sanctum Quorum
remiseritis peccata remittuntur eis et quorum
retinueritis retenta sunt Thomas autem

unus ex duodecim qui dicitur didimus
non erat cum eis quando venit ihesus Dixerunt
ergo ei alii discipuli Vidimus dominum
Ille autem dixit eis Nisi videro in manibus
eius fixuram clavorum et mittam manum
meam in latus eius non credam Et
post dies octo iterum erant discipuli
eius intus et thomas cum eis Venit
ihesus ianuis clausis et stetit in medio
et dixit eis Pax vobis Deinde dicit
thome Infer digitum tuum huc et
vide manus meas et affer manum

tuam et mitte in manus latus meum
et noli esse incredulus sed fidelis. Respondit
thomas et dixit ei, dominus meus et deus
meus. dixit ei ihesus Quia vidisti me thoma
credidisti. Beati qui non viderunt et
crediderunt. Multa quidem et alia signa
fecit ihesus in conspectu discipulorum suorum
que scripta non sunt in libro hoc.
Hec autem scripta sunt ut credatis quia
ihesus est cristus filius dei. Et ut cre-
dentes vitam habeatis in nomine
eius.

Dom. ii. post pasc. i pet. 2o

Karissimi cristus passus est pro nobis
vobis relinquens exemplum
ut sequamini vestigia eius. Qui peccatum non
fecit. nec inventus est dolus in ore eius
Qui cum malediceretur non maledicebat.
Cum pateretur non comminabatur. Trade-
bat autem iudicanti se iniuste. qui pec-
cata nostra ipse pertulit in corpore suo super
lignum. ut peccatis mortui iusticie viva-
mus cuius livore sanati sumus ~~est~~
Eratis enim aliquando sicut oves erran-
tes. sed conversi estis nunc ad pastore

et episcopum animarum vestrarum
In ii° tpe d. i° d. b

Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam [ziele] suam dat [gheeft] pro ovibus suis. Mercenarius autem [ende] qui non est pastor cuius non sunt oves proprie videt lupum venientem et dimittit oves et fugit. Et lupus rapit et dispergit oves. Mercenarius autem fugit quia mercenarius est et non pertinet ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus et cognosco meas et cognoscunt me mee. Sicut novit me pater et ego agnosco

et ad pastores pertinet animas pro ovibus ponere oves nosce oves ducere
Jo decimo
Ad oves pertinet pastorem cognoscere vocem eius audire

patrem et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili et illas oportet me adducere et vocem meam audient. Et fiet unum ovile et unus pastor. Dominica iii post pascha i petri 2o

Karissimi obsecro vos tamquam advenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis que militant adversus animam. Conversationem vestram inter gentes habentes bonam ut in eo quod detractant de vobis tamquam de malefactoribus ex bonis operibus

vos considerantes glorificent deum in die
visitationis / Subiecti estote omni humane
creature propter deum Sive regi tamquam
precellenti Sive ducibus tamquam ab eo mis-
sis ad vindictam malefactorum laudem
vero bonorum quia sic est voluntas dei
ut benefacientes obmutescere faciatis im-
prudentium hominum ignorantiam
liberi et non quasi velamen habentes
malicie libertatem Sed sicut servi dei
Omnes honorate fraternitatem diligite deum
timete regem honorificate Servi sub-
diti estote in omni timore dominis non

non tantum bonis et modestis sed etiam dis-
colis. Hec enim gratia in Christo Ihesu domino no-



Jo. 16 [malucko] odicum et iam non videbitis me
et [zlechak] iterum modicum et videbitis me quia
vado ad patrem. [mluvili] Dixerunt [apieto] ergo de discipulis eius
ad [medzi soba] invicem. Quid est hoc quod dicit no-
bis modicum et non videbitis me et iterum
modicum et videbitis me et quia vado
ad patrem. Dicebant ergo quid est hoc
quod dicit modicum nescimus quid loquitur.
Cognovit ergo Ihesus quia volebant [eum] in-
terrogare et dixit eis. De hoc [sadaux] queritis inter

vos quia dixi vobis modicum et non videbi-
tis me et iterum modicum et videbitis me. Amen
amen dico vobis quia plorabitis et fle-
bitis vos, mundus autem gaudebit, vos
autem contristabimini, sed tristicia vestra vertetur
in gaudium. Mulier cum parit tristici-
am habet quia venit hora eius. Cum
autem pepererit puerum iam non meminit
pressure propter gaudium quia natus est
homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem
tristiciam habetis, iterum autem videbo
vos et gaudebit cor vestrum et gaudium

vestrum nemo a vobis tollet. | Dominica iiii post pascha Ja 1°

Karissimi. Omne datum optimum et
omne donum perfectum desursum
est descendens a patre luminum apud quem
non est transmutatio nec vicissitudinis obum-
bratio. Voluntarie enim genuit nos verbo
veritatis ut simus inicium aliquod creature eius.
Itaque fratres dilectissimi mei sit autem omnis
homo velox ad audiendum, tardus autem ad
loquendum et tardus ad iram. Ira enim
viri iusticiam dei non operatur. Propter quod
abicientes omnem inmundiciam et abundan-
tiam malicie in mansuetudine suscipite

i. Christum
iustum dominum [illegible] quos potest salvare
animas vestras;

Vado ad eum qui me misit et nemo
ex vobis interrogat me quo vadis.
Sed quia hec locutus sum vobis tristicia
implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico
vobis expedit vobis ut ego vadam.
Si enim non abiero paraclitus non veniet
ad vos. Si autem abiero mittam eum ad
vos et cum venerit ille arguet mundum
de peccato et de iusticia et de iudicio. De peccato
quidem quia non crediderunt in me. De iusticia
[illegible]
vero quia ad patrem vado. Et iam [illegible]

non videbitis me. De iudicio autem. quia
princeps huius mundi iam iudicatus est.
Adhuc multa habeo vobis dicere. sed non
potestis modo portare. Cum autem venerit
ille spiritus veritatis docebit vos omnem
veritatem. Non enim loquetur a semetipso
sed quecumque audiet loquetur. et que ventura
sunt annunciabit vobis. Ille me clarifi-
cabit quia de meo accipiet et annuncia-
bit vobis;

Karissimi. Estote factores verbi et
non auditores tantum fallentes
vosmetipsos. Quia si quis auditor est

verbi et non factor hic comparabitur viro con
sideranti vultum nativitatis sue in speculo.
Consideravit enim se et abiit et statim
oblitus est qualis fuit. Qui autem perspe-
xerit in lege perfecte libertatis et permanserit
in ea non auditor obliviosus factus sed factor
operis hic beatus in facto suo erit. Si quis
autem putat se religiosum esse non
refrenans linguam suam sed seducens
cor suum huius vana est religio. Reli
gio munda et immaculata apud deum
et patrem hec est. visitare pupillos et
viduas in tribulatione eorum. et immaculatum

sic custodire ab hoc seculo; ~~dimitto~~

Jo. 16 Amen amen dico vobis si quid
petieritis patrem in nomine meo
dabit vobis / usque modo non petistis
quidquam in nomine meo petite et accipietis
ut gaudium vestrum sit plenum. Hec
in proverbiis locutus sum vobis venit
hora cum iam non in proverbiis loquar
vobis sed palam de patre meo annuncia-
bo vobis. Illo die in nomine meo pete-
tis et non dico vobis quia rogabo pa-
trem de vobis. Ipse enim pater amat vos quia
vos me amastis et credidistis quia

ego [a] a deo exivi et exivi a patre et veni in mun-
dum iterum [alepak] relinquo mundum et vado ad
patrem dicunt ei discipuli eius ecce [oto] nunc
palam [zgawna] loqueris et proverbium [podobenstwia] nullum dicis
nunc scimus quia scis omnia et non opus
est tibi ut quis te interroget in hoc [a proto] credimus
quia a deo existi;

Karissimi estote prudentes et vi-
gilate in orationibus. ante omnia
autem mutuam in vobis metipsis caritatem
continuam habentes. quia caritas operit
multitudinem peccatorum. hospitales invicem
sine murmuratione unusquisque sicut

accepit gratiam in alterutrum illam administrantes
sicut boni dispensatores multiformis gratie
dei. Si quis loquitur quasi sermones
dei. Si quis administrat tamquam ex virtute
quam administrat deus. ut in omnibus honori-
ficetur deus per ihesum christum dominum nostrum.

Cum venerit paraclitus quem ego
mittam vobis a patre spiritum veritatis
qui a patre procedit ille testimonium perhibe-
bit de me. Et vos testimonium perhibebitis
quia ab initio mecum estis. Hec locutus
sum vobis ut non scandalizemini. Ab-
sque synagogis facient vos. Sed venit

hora ut omnis qui interficit vos arbitretur
obsequium se prestare deo. Et hec facient vobis
quia non noverunt patrem neque me. Sed hec
locutus sum vobis ut cum venerit hora eorum
reminiscamini quia ego dixi vobis;

Dum complerentur dies penthecostes
erant omnes discipuli pariter
in eodem loco. Et factus est repente de celo
sonus tamquam advenientis spiritus vehe-
mentis et replevit totam domum ubi erant
sedentes. Et apparuerunt illis dispertite
lingue tamquam ignis seditque supra

singulos eorum Et repleti sunt omnes spiritu
sancto et ceperunt loqui variis linguis prout
spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem
habitantes in ierusalem iudei viri religiosi ex omni
natione que sub celo est Facta autem hac
voce convenit multitudo et mente confusa
quia audiebat unusquisque lingua sua
illos loquentes Stupebant autem omnes
et mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes
isti qui loquuntur galilei sunt. Et quomodo nos
audivimus unusquisque linguam nostram in
qua nati sumus. Parthi et medi et elami-
te et qui habitant mesopotamiam iudeam et

capadociam pontum ⁊ asiam frigiā ⁊ pam-
philiam egyptum ⁊ ptes libie que est cir-
cirenen ⁊ aduene romani iudei q̄ȝ et
proseliti cretes arabes audiuimus eos lo-
magnalia
quentes nostris linguis ~~[illegible]~~ dei;
In illo tp̄e d. r. d. d.

kazania
Si quis diligit me sermonem
vstrzeże
meum seruabit. Et pr meus (Iste dilectis domini ... in bonu.)
diliget eum Et ad eum veniemus ⁊ ma-
a w nięgo bydzemi mieszkaj
sionem apud eum faciemus. Qui nō diligit
kazań
me sermones meos nō seruat. Et ser-
kazanie
monem quem vos audistis ^nō est meus
tego odgo
sed eius qui misit me pr̄is. Hec locutus
swami mieszkaiąc vtiesitel
sum vobis apud vos manens. Paraclitus

autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine
i. admonicionem reducet / i. commendabit i. stimulabit / a wspomene
meo ille vos docebit omnia et suggeret vobis
omnia quecumque dixero vobis. Pacem relinquo
vobis Pacem meam do vobis. Non
quomodo mundus dat ego do vobis. Non turbetur
cor vestrum neque formidet. Audistis quia
ego dixi vobis. vado et venio ad vos. Si
diligeretis me gauderetis utique quia vado ad patrem.
quia pater maior est me. Et nunc
dixi vobis priusquam fiat ut cum factum fuerit
credatis. Iam non multa loquar vobiscum.
Venit enim princeps mundi huius
et in me non habet quidquam. sed ut cognoscat

mundus quia diligo patrem et sicut man-

datum dedit michi pater sic facio



O altitudo divitiarum sapientie et scientie Ro xi

dei quam incomprehensibilia sunt

iudicia eius et investigabiles vie illius.

Quis enim cognovit sensum domini. aut

quis consiliarius eius fuit. aut quis prior

dedit illi. et retribuetur ei. Quoniam ex ipso

et per ipsum et in ipso sunt omnia. ipsi honor

et gloria in secula seculorum. amen.



Erat homo ex phariseis nicode- Jo. 3.

mus nomine princeps iudeorum.

hic venit ad ihesum nocte et dixit ei. Rabi sci-
mus quia a deo venisti magister. Nemo enim
potest hec signa facere que tu facis. nisi
fuerit deus cum eo. Respondit ihesus et dixit ei.
Amen amen dico tibi. nisi quis natus fuerit
denuo non potest videre regnum dei. Dicit ad
eum nicodemus. Quomodo potest homo nasci cum
sit senex. Numquid potest in ventrem matris
sue iterato introire et nasci. Respondit ihesus.
Amen amen dico tibi. nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire
in regnum dei. Quod natum est ex carne
caro est. et quod natum est ex spiritu spiritus est.

non mireris quia dixi tibi. oportet vos
nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat. et
vocem eius audis et nescis unde veniat.
aut quo vadat. Sic est omnis qui natus
est ex spiritu. Respondit nicodemus et dixit ei.
quomodo possunt hec fieri. Respondit ihesus et dixit
ei. Tu es magister in israel et hec ignoras.
Amen amen dico tibi. quia quod scimus
loquimur. et quod vidimus testamur. et testi
monium nostrum non accipitis. Si terrena
dixi vobis et non creditis. quomodo si dixero
vobis celestia credetis. Et nemo ascendit
in celum nisi qui descendit de celo filius

hominis qui est in celo. Et sicut moyses ex-
altavit serpentem in deserto: ita exaltari
oportet filium hominis: ut omnis qui credit
in ipsum non pereat. sed habeat vitam eternam.

Dominica prima post trinitatis

Karissimi Deus caritas est. In hoc
apparuit karitas dei in nobis.
quoniam filium suum unigenitum misit deus in mun-
dum. ut vivamus per eum. In hoc est cari-
tas. non quasi nos dilexerimus deum sed quoniam
ipse prior dilexit nos. et nos debemus
invicem diligere. Deum nemo vidit umquam.
Si diligamus invicem. deus in nobis
manet. et caritas eius in nobis perfecta est.

In hoc intelligimus quia in eo manemus et
ipse in nobis. quia de spiritu suo dedit nobis.
Et nos vidimus et testificamur quia pater
misit filium suum salvatorem mundi. Quisquis
confessus fuerit quia ihesus est filius dei.
deus in eo manet et ipse in deo. Et nos
cognovimus et credidimus caritati quam
deus habet in nobis. Deus caritas est
et qui manet in caritate in deo manet
et deus in eo. In hoc perfecta est caritas
nobiscum. ut fiduciam habeamus in die
iudicii. quia sicut ille est et nos sumus
in hoc mundo. Timor non est in caritate

sed pfca caritas foras mittit timore.
qm timor penam h3. Qui aut timet no
est pfctus in caritate. Nos ergo diligam9
deum. qm ipse deus prior dilexit nos.
Si quis dixerit. qm diligo deum. et
frem suu odit. mendax est. Qui em
no diligit frem suu quem videt. deu
quem no videt. quo pt diligere. Et hoc
mandatu habem9 a deo. ut qui dilig(i)t
deum diligat et frem suu;—

Luc 16 Homo quida erat dives qui in
duebatur purpura et bisso wiadrossez plotne
et epulabatur quotidie splendide. Et cat

de sinu abrahe lege Aug. Epla 57
et 99
Tertullian. adversus Marcion lib 4

quidam mendicus nomine lazarus. qui
iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus
cupiens saturari de micis que cadebant
de mensa divitis. et nemo illi dabat.
Sed et canes veniebant et lingebant ulcera
eius. Factum est autem ut moreretur men-
dicus et portaretur ab angelis in sinum
abrahe. Mortuus est et dives et sepul-
tus est in inferno. Elevans autem oculos
suos cum esset in tormentis. vidit
abraham a longe et lazarum in sinu
eius. Et ipse clamans dixit. pater
abraham miserere mei. et mitte lazarum

ut intingat extremum digiti sui in aquam.
ut refrigeret linguam meam quia crucior
in hac flamma. Et dixit illi abraham.
Fili recordare quia recepisti bona in
vita tua Et lazarus similiter mala.
Nunc autem hic consolatur. tu vero cruciaris.
Et in his omnibus inter nos et vos cha-
os magnum firmatum est. ut hii qui
volunt hinc transire ad vos non possunt.
neque inde huc transmeare. Et ait. rogo
ergo te pater. ut mittas eum in domum
patris mei | habeo enim quinque fratres ut
testetur illis. ne et ipsi veniant in locum
hunc tormentorum. Et ait illi abraham.

habent moysen et prophetas audiant illos. At
ille dixit. Non pater abraham sed si quis
ex mortuis resurrexit et ierit ad eos peni-
tenciam agent. Ait autem illi abraham.
Si moysen et prophetas non audiunt neque si
quis ex mortuis resurrexit credent;

Dominica 2a post trinitatem

Karissimi nolite mirari si odit
vos mundus. Nos scimus quoniam
translati sumus de morte ad vitam. Quoniam di-
ligimus fratres. Qui non diligit manet in
morte. Omnis qui odit fratrem suum homi-
cida est. Et scitis quoniam omnis homicida
non habet vitam eternam in se manentem.
In hoc cognovimus caritatem dei quoniam

ille pro nobis animam suam posuit et nos de-
bemus pro fratribus animas ponere. Qui habu-
erit substantiam mundi et viderit fratrem suum
necessitatem habere et clauserit viscera sua
ab eo quomodo caritas dei manet in eo? Fi-
lioli mei non diligamus verbo neque lin-
gua sed opere et veritate

Homo quidam fecit cenam ma-
gnam et vocavit multos. et
misit servum suum hora cene dicere invita-
tis ut venirent quia iam parata sunt
omnia. Et ceperunt omnes simul excusare.
Primus dixit illi: villam emi et necesse
habeo exire et videre illam. Rogo te habe

me me excusatum. Et alter dixit Iuga
boum emi quinque et eo probare illa. Rogo
te habe me excusatum. Et alius dixit.
Uxorem duxi et ideo non possum venire.
Et reversus servus nunciavit hec domino
suo. Et iratus paterfamilias dixit servo
suo. Exi cito in plateas et vicos civitatis
Et pauperes ac debiles cecos et claudos
introduc huc. Et ait servus. Domine factum
est ut imperasti. Et adhuc locus est.
Et ait dominus servo. Exi in vias et sepes
et compelle intrare ut impleatur domus
mea. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum
qui vocati sunt gustabunt cenam meam.

Dominica 3

Karissimi. Humiliamini sub potenti manu
dei ut vos exaltet in tempore visitationis.
Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum
quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote et
vigilate quia adversarius vester dyabolus
tamquam leo rugiens circuit querens quem
devoret. Cui resistite fortes in fide scientes
eandem passionem ei que in mundo est
vestre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie
qui vocavit nos in eternam suam gloriam
in Christo Jhesu modicum passos ipse per-
ficiet confirmabit solidabitque. Ipsi gloria et
imperium in secula seculorum. Amen.

Secundum lucam
xv. c.

Erant appropinquantes ad ihesum publi-
cani et peccatores ut audirent illum.
Et murmurabant pharisei dicentes.
Quia hic peccatores recipit et manducat
cum illis. Et ait ad illos parabolam istam
dicens. Quis ex vobis homo qui habet
centum oves et si perdiderit unam ex illis.
Nonne dimittit nonaginta novem in deser-
to et vadit ad illam que perierat donec
inveniat illam? Et cum invenerit eam im
ponit eam in humeros suos gaudens.
Et veniens domum convocat vicinos
et amicos dicens illis. Congratulamini

mecum. quia inveni ovem meam que perierat.
Dico vobis quod ita erit gaudium in celo
super uno peccatore penitentiam agente. quam
super nonaginta novem iustis qui non indigent
penitentia. Aut que mulier habens dragmas
decem. si perdiderit dragmam unam.
nonne accendit lucernam et evertit domum.
et querit diligenter donec inveniat. Et
cum invenerit convocat amicas et vici-
nas dicens. Congratulamini michi quia
inveni dragmam quam perdideram. Ita dico
vobis. gaudium erit ~~in celo coram~~
angelis dei super uno peccatore penitentiam

agente

Existimo enim quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Nam expectatio creature revelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens sed propter eum qui subiecit in spe quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc. Non solum autem illa sed et nos ipsi primicias spiritus habentes ipsi intra nos

Dominica iiii post Trinitatis

Luce.

gemimus adopcionem filiorum exspectantes
redempcionem corporis nostri in christo ihesu do-
mino nostro.

Luce 6.

Estote misericordes sicut et pater vester
misericors est. Nolite iudicare
et non iudicabimini. Nolite condempnare
et non condempnabimini. Dimittite et dimittetur
vobis. Date et dabitur vobis mensuram
bonam et compressam et confertam et coagi-
tatam et supereffluentem dabunt in sinum
vestrum. Eadem quippe mensura qua mensi
fueritis remecietur vobis. Dicebat autem
illis similitudinem. Numquid potest cecus

cecum duce. Nonne ambo in foveam cadunt?

Non est discipulus super magistrum perfectus

autem omnis erit si sit sicut magister eius.

Quid autem vides festucam in oculo fratris

tui trabem autem que in oculo tuo est

non consideras. Aut quomodo potes dicere

fratri tuo. Frater sine eiciam festucam de oculo

tuo. ipse in oculo tuo [illegible] trabem non

videns. Ypocrita eice primum trabem de

oculo tuo et tunc perspicies ut educas

festucam de oculo fratris tui;

Karissimi. Omnes unanimes Dominica V

in oratione estote compacientes

fraternitatis amatores misericordes
modesti humiles non reddentes malum
pro malo nec maledictum pro maledicto sed
e contrario benedicentes quia in hoc vocati estis
ut benedictionem hereditate possideatis. Qui enim
aut vult vitam diligere et videre dies bo-
nos coerceat linguam suam a malo et
labia eius ne loquantur dolum. Decli-
net autem a malo et faciat bonum inquirat
pacem et sequatur eam. Quia oculi
domini super iustos et aures eius in preces
eorum. Vultus autem domini super facientes
mala. Et quis est qui vobis noceat

si boni emulatores fueritis. Sed et si quid
patimini propter iusticiam beati. Timorem
autem eorum ne timueritis ut non conturbemini.
Dominum autem christum sanctificate in
cordibus vestris; — Secundum Lucam v c.

Cum turbe irrueret ad ihesum ut
audiret verbum dei et ipse stabat
secus stagnum genezareth. Et vidit duas
naves stantes secus stagnum, piscato
res autem descenderant et lavabant retia.
Ascendens ergo in unam navem que
erat simonis rogavit eum a terra
reducere pusillum. Et sedens docebat
de navicula turbas. Ut cessavit autem

loqui dixit ad symonem. duc in altum
et laxate retia vestra in capturam. Et re-
spondens symon dixit illi. Preceptor per totam
noctem laborantes nichil cepimus. Verbo
autem tuo laxabo rethe. Et cum hoc fecissent
concluserunt piscium multitudinem copio-
sam. Rumpebatur autem rethe eorum. Et
annuerunt sociis qui erant in alia navi-
cula ut venirent et adiuvarent eos. Et
venerunt et impleverunt ambas naviculas
ita pene ut mergerentur. Quod cum videret
symon petrus procidit ad genua ihesu
dicens. Exi a me quia homo peccator sum
domine. Stupor enim circumdederat eum.

et omnes qui cum illo erant in captura pys-
cium quam ceperant. Similiter autem Jacobum
et Johannem filios Zebedei qui erant socii Symo-
nis. Et ait ad Symonem Jhesus. Noli timere
ex hoc iam homines eris capiens. Et
subductis ad terram navibus relictis omnibus
secuti sunt eum.

Quicumque baptizati sumus in Christo Jhesu in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris ita et nos in novitate vite ambulemus. Si enim Dominica 6

plantati facti sumus similitudini mortis eius
simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes quia
vetus homo noster simul crucifixus est ut de-
struatur corpus peccati ut ultra non serviamus
peccato. Qui enim mortuus est iustificatus
est a peccato. Si enim mortui sumus cum christo
credimus quia simul etiam vivemus
cum christo. Scientes quod christus resurgens
ex mortuis iam non moritur. mors illi ul-
tra non dominabitur. Quod enim mortuus est
peccato mortuus est semel, quod autem
vivit vivit deo. Ita et vos existimate
vos mortuos quidem peccato, viventes
autem deo in christo ihesu domino nostro.

Amen dico vobis quia nisi habunda-
verit iusticia vestra plusquam scribarum
et phariseorum non intrabitis in regnum celorum.
Audistis quia dictum est antiquis non occi-
des, qui autem occiderit reus erit iudicio.
Ego autem dico vobis, quia omnis qui
irascitur fratri suo reus erit iudicio, qui
autem dixerit fratri suo racha, reus erit
concilio. Qui autem dixerit fatue reus
erit gehenne ignis. Si ergo offers
munus tuum ante altare et ibi recorda-
tus fueris, quia frater tuus habet aliquid
adversum te, relinque ibi munus tuum
ante altare et vade prius reconciliari

Homicidium
lingwa consilio
precepto / viribus et
actu // velle ne-
cesse casu duo-
bus distinguere
supprima.

sed tuis . et tunc veniens offeres munus
tuum.

Dominica a
post Trinitatis

Humanum dico propter infirmitatem car-
nis vestre. sicut enim exhibuistis
membra vestra servire immundicie et iniquitati
ad iniquitatem. ita nunc exhibete membra
vestra servire iusticie in sanctificationem. Cum
enim servi essetis peccati liberi fuistis iusticie.
Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus
nunc erubescitis. Nam finis illorum mors
est. Nunc vero liberati a peccato servi autem
facti deo habetis fructum vestrum in sanctificatione
finem vero vitam eternam. in christo ihesu
domino nostro; —

Cum turba multa esset cum ihesu nec
haberent quod manducarent. Convocatis
discipulis ait illis. Misereor super turbam quia
ecce iam triduo sustinent me nec habent quod
manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum
suam deficient in via. Quidam autem ex eis
de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli
sui. Unde istos poterit quis hic saturare
panibus in solitudine. Et interrogavit eos
Quot panes habetis. Qui dixerunt septem.
Et precepit turbe discumbere super terram. Et
accipiens septem panes gratias agens
fregit et dabat discipulis ut apponerent
turbe. Et habebant pisciculos paucos

et pisces benedixit et iussit apponi. Et manduca-
verunt omnes et saturati sunt. et sustulerunt quod
superaverat de fragmentis septem sportas. Erant
autem qui manducaverant quasi quatuor
milia. et dimisit eos.

Dominica 8 Debitores sumus spiritui non carni ut
secundum carnem vivamus. Si enim
secundum carnem vixeritis moriemini. Si autem
spiritu facta carnis mortificaveritis vivetis.
Quicumque enim spiritu dei aguntur hii filii dei
sunt. Non enim accepistis spiritum servitutis
iterum in timore. sed accepistis spiritum adop-
tionis filiorum in quo clamamus abba

pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui
nostro quod sumus filii dei. Si autem filii
et heredes. heredes quidem dei coheredes autem Christi.
Attendite a falsis prophetis qui veni-
unt ad vos in vestimentis ovium.
intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fruc-
tibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt
de spinis uvas. aut de tribulis ficus.
Sic omnis arbor bona fructus bonos
facit. Mala autem arbor fructus malos
facit. Non potest arbor bona fructus malos.
neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis
arbor que non facit fructum bonum excidetur
et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum

cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi
domine domine intrabit regnum celorum. Sed
qui facit voluntatem patris mei qui in celis
est ipse intrabit in regnum celorum;

Dominica ix

Non simus concupiscentes malorum sicut
et illi concupierunt neque ydolatre
efficiamini sicut quidam ex ipsis quemadmodum
scriptum est Sedit populus manducare et bibere
et surrexerunt ludere. Neque fornicemur sicut
quidam ex ipsis fornicati sunt et ceciderunt
una die viginti tria milia. Neque temptemus
christum sicut quidam eorum temptaverunt et
a serpentibus perierunt. Neque murmuraveritis

murmuraverunt
sicut quidam et perierunt ab exterminatore. Hec
enim omnia in figura contingebant illis.
Scripta sunt autem ad correctionem nostram
in quos fines seculorum devenerunt. Itaque
qui se existimat stare videat ne ca-
dat. Temptatio vos non apprehendat
nisi humana. Fidelis autem deus est
qui non patietur vos temptari supra
id quod potestis. Sed faciet cum temp-
tatione etiam proventum ut possitis
sustinere;

Homo quidam erat dives qui
habebat villicum, et hic diffamatus est

marnie zaphowal gymenie dobra
apud illum quasi dissipasset bona ipsius
Et vocavit illum. Et ait illi: Quid hoc
zaphar(o)va
audio de te? Redde rationem villicationis tue,
bo zaphowac a powiedzal
iam enim non poteris villicare. Ait autem
sam wsobe
villicus intra se: Quid faciam, quia dominus
odeymge kopac
meus aufert a me villicationem? Fodere
nemogę
non valeo, mendicare erubesco. Scio
aby gdy oddaloy od sza
quid faciam, ut cum amotus fuero a vil-
licatione recipiant me in domos suas.
omne dluzniky
Convocatis itaque singulis debitoribus domi-
wiele winowat
ni sui dicebat primo: Quantum debes domino
ansforas
meo? At ille dixit: Centum cados olei.
popisanie dlugowe
Dixitque illi: Accipe cautionem tuam et sede
a potem
cito et scribe quinquaginta. Deinde alio

dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait: Cen-
tum choros tritici. Ait illi: Accipe litteras
tuas et scribe octoginta. Et laudavit
dominus villicum iniquitatis quia pru-
denter fecisset, quia filii huius seculi
prudentiores filiis lucis in generatione sua
sunt. Et ego vobis dico: facite vobis
amicos de mammona iniquitatis, ut cum
defeceritis recipiant vos in eterna ta-
bernacula.

Scitis quoniam cum gentes essetis ad
simulacra muta prout duce-
bamini euntes. Ideo notum facio vobis Dominica 10

quod nemo in spiritu dei loquens dicit ana
thema ihesu Et nemo potest dicere dominus
ihesus nisi in spiritu sancto divisiones ergo
gratiarum autem sunt idem spiritus Et diviso
nes ministrationum sunt idem autem dominus
Et divisiones operationum sunt idem vero deus
qui operatur omnia in omnibus unicuique
autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem
Alii quidem per spiritum datur sermo sapientie
Alii autem sermo scientie secundum eundem
spiritum Alteri fides in eodem spiritu Alii
gratia sanitatum in uno spiritu Alii operatio
virtutum Alii prophetia Alii discretio
spirituum Alii genera linguarum Alii interpretatio

Sermonem h[unc] omnia autem operatur unus atque idem spiritus dividens singulis prout vult

Cum appropinquasset ihesus ierusalem videns civitatem flevit super illam dicens quia si cognovisses et tu et quidem in hac die tua que ad pacem tibi nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis quia venient dies in te et circumdabunt te inimici tui vallo et coangustabunt te undique et ad terram prosternent te et filios tuos qui in te sunt et non relinquent in te lapidem super lapidem eo quod non cognovisti tempus visitationis

tue. Et ingressus in templum cepit eice-
re vendentes et ementes in illo dicens illis
Scriptum est quia domus mea domus
orationis est. Vos autem fecistis eam
speluncam latronum. Et erat docens cot-
tidie in templo

Dominica xi post Trinitatis

Notum vobis facio evangelium
quod predicavi vobis quod et acce-
pistis in quo et statis per quod et salva-
mini qua ratione predicaverim vobis si te-
neatis nisi frustra credidistis. Tradidi
enim vobis in primis quod et accepi
quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris

secundum scripturas et quia sepultus est Et
quia resurrexit die tercia secundum scripturas
Et quia visus est cephe et post hoc undecim
Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul
ex quibus multi manent usque adhuc quidam
autem dormierunt Deinde visus est Ia-
cobo Deinde apostolis omnibus Novissime
autem omnium tamquam abortivo visus est
et michi Ego enim sum minimus apostolorum
qui non sum dignus vocari apostolus
quoniam persecutus sum ecclesiam dei Gratia
autem dei sum id quod sum Et gratia
eius in me vacua non fuit.

Dixit ihesus ad quosdam qui in se confidebant tamquam iusti et aspernabantur ceteros parabolam istam. Duo homines ascenderunt in templum ut orarent unus phariseus et alter publicanus. Phariseus stans hec apud se orabat Deus gratias tibi ago quia non sum sicut ceteri hominum raptores iniusti adulteri velud etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato decimas do omnium que possideo. Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celum levare sed percuciebat pectus suum dicens Deus propicius esto michi peccatori amen. Dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam

ab illo quia omnis qui se exaltat humiliabitur
et qui se humiliat exaltabitur

Dominica 12
2 Cor 3°

Fiduciam autem talem habemus per Christum ad
Deum non quod sufficientes simus cogi-
tare aliquid a nobis quasi ex nobis sed suffici-
entia nostra ex Deo est qui et ydoneos
nos fecit ministros novi testamenti non
littera sed spiritu littera enim occidit spiritus autem
vivificat. Quod si ministratio mortis litteris
deformata in lapidibus fuit in gloria ita
ut non possent intendere filii Israel in faciem
Moysi propter gloriam vultus eius que
evacuatur quomodo non magis ministratio
spiritus erit in gloria nam si ministratio

dampnacionis in gloria est. Multo magis habundat ministerium iusticie in gloria.

Marci 7°

wyszedw / granicy / venit

Exiens Ihesus de finibus Tyri per Sidonem

miedzygranicze

venit ad mare Galilee inter medios

gięcz...

fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum

niemego

et mutum et deprecabantur eum ut imponat illi

a wziąwszy

manum. Et apprehendens illum de turba seorsum

misit digitos suos in auriculas eius et

naplwaw / tknął

expuens tetigit linguam eius. Et suspiciens

wzdychł / dixit / otworz sie

in celum ingemuit et ait illi: Effeta, quod

otworzyli

est adaperire. Et statim aperte sunt aures eius

związanie

et solutum est vinculum lingue illius et loquebatur

prawie / ale ...

recte. Et precepit illis ne cui dicerent. [illegible]

ante eos precipiebat ut tacerent tanto magis
plus predicabant et eo amplius admirabantur
dicentes Bene omnia fecit et surdos fecit
audire et mutos loqui

Abrahe dicte sunt promissiones et semini Dominica 13 Gala. 3o
eius non dicit et seminibus quasi in
multis sed quasi in uno et semini tuo qui est
Cristus Hoc autem dico testamentum confirmatum
a deo que post quadringentos et triginta
annos facta est lex non irritum facit ad eva-
cuandam promissionem Nam si ex lege here-
ditas iam non ex promissione Abrahe autem
per repromissionem donavit deus Quid

ergo lex propter transgressionem posita est donec veniret semen cui promiserat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est deus autem unus est. Lex ergo adversus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex que posset vivificare vere ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato ut promissio ex fide ihesu christi daretur credentibus.

luce 10. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico enim vobis quod multi reges et prophete voluerunt videre que videtis et non viderunt et audire que auditis et non audierunt. Et ecce quidam legisperitus

surrexit temptans eum et dicens Magister

czyniac · otrzymam
quid faciendo vitam eternam possidebo At ille

kto czyta
dixit ad eum In lege quid scriptum est quomodo

bedzies
legis / ille respondens dixit Diliges dominum

deum tuum ex toto corde tuo · et ex tota anima

twe
tua · et ex omnibus viribus tuis · et ex omni

mysli
mente tua · et proximum tuum sicut te ipsum Di-

poprawdzes · tako
xitque illi / recte respondisti hoc fac et vives

a on · sprawiedliwego · uczynic
Ille autem volens iustificare se ipsum dixit

ad ihesum Et quis est meus proximus Suscipiens

autem ihesus dixit / Homo quidam descen-

szedl bil
debat ab iherusalem in iericho et incidit

in latrones / qui etiam despoliaverunt eum

a zbiwszy · odeszli
et plagis impositis abierunt semivivo relicto

Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet
eadem via et viso illo preteriit. Similiter et le-
vita cum esset secus locum et videret eum pertran-
siit. Samaritanus autem quidam iter faciens
venit secus eum et videns eum misericordia
motus est. Et appropians alligavit vulnera
eius infundens oleum et vinum. Et im-
ponens illum in iumentum suum duxit in sta-
bulum et curam eius egit. Et altera die pro-
tulit duos denarios et dedit stabula-
rio et ait: Curam illius habe. Et quod-
cumque supererogaveris ego cum rediero
reddam tibi. Quis horum trium videtur
tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones

~~qui etiam despoliaverunt eum et plagis impositis abierunt semivivo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem via et viso illo preteriit. Similiter et levita cum esset secus locum et videret eum pertransiit.~~

Samaritanus ... At ille dixit: qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Ihesus: vade et tu fac similiter.

Spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem. Hec enim sibi invicem adversantur ut non quecumque vultis illa — Dominica 14. Gala. 5°

post 263

satiatis Qd si spu ducimini no estis sb le-
ge. Manifesta aut sunt opa carnis que
inpudicicia sunt fornicaciones inmundicia luxuria ydolo-
rum servitus veneficia inimicicie con-
tenciones emulaciones ire rixe dissen-
siones secte invidie homicidia ebrietates
comessaciones et hiis similia que predico
vobis sicut predixi qm qui talia agunt
regnum dei non consequentur. Fructus
aut spiritus est caritas gaudium pacia
pax longanimitas bonitas benignitas
mansuetudo fides spes modestia contine-
ncia castitas ~~adversus~~ Adversus huius
modi non est lex. Qui autem sunt christi

carnem suam crucifixerunt cum viciis et
concupiscentiis .

Dum iret ihesus in ierusalem transiebat per
mediam samariam et galileam. Et
cum ingrederetur quoddam castellum occur-
rerunt ei decem viri leprosi qui stete- Lucha
runt a longe et levaverunt vocem dicentes
ihesu preceptor miserere nostri. Quos ut vidit
dixit ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum
est dum irent mundati sunt. Unus autem
ex illis ut vidit quia mundatus est re-
gressus est cum magna voce magnifi-
cans deum. Et cecidit in faciem ante pe-
des eius gratias agens. Et hic erat

Samaritanus. Respondens autem ihesus dixit
Nonne decem mundati sunt et novem ubi sunt Non
est inventus qui rediret et daret gloriam
deo nisi hic alienigena Et ait illi Surge
vade quia fides tua te salvum fecit

Dominica xiiii

Si vivimus spiritu spiritu et ambulemus. Non
efficiamur inanis glorie cupidi invicem
provocantes invicem invidentes Fratres et si pre
occupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui
spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu
lenitatis considerans teipsum ne et tu tempte
ris Alter alterius onera portate et sic
adimplebitis legem christi. Nam si quis ex
stimat se aliquid esse cum nichil sit ipse
se seducit. Opus autem suum probet unusquisque

et sic in semetipso tantum gloriam habebit et non
in altero. Unusquisque enim onus suum portabit.
Communicet autem is qui cathetizatur verbum ei
qui se cathetizat in omnibus bonis. Nolite
errare deus non irridetur. Que enim semi-
naverit homo hec et metet. Quoniam qui seminat
in carne sua de carne metet corruptionem.
Qui autem seminat in spiritu de spiritu metet vitam
eternam. Bonum autem facientes non deficiamus
Tempore enim suo metemus non deficientes
Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad
omnes. maxime autem ad domesticos fidei.

Nemo potest duobus dominis servire. Mt. 6.
Aut enim unum odio habebit et

alterum diliget aut vnum sustinebit et alterum
contempnet. Non potestis deo seruire et mammone.
Ideo dico vobis ne solliciti sitis anime vestre
quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini.
Nonne anima plus est quam esca, et corpus plusquam
vestimentum. Respicite volatilia celi quoniam non
serunt neque metunt, neque congregant in horrea et
pater vester celestis pascit illa. Nonne vos
magis pluris estis illis. Quis autem
vestrum cogitans potest adicere ad staturam
suam cubitum vnum. Et de vestimento quid
solliciti estis. Considerate lilia agri quomodo
crescunt non laborant neque nent. Dico autem
vobis quoniam nec salomon in omni gloria

sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem
fenum agri quod hodie est et cras in clibanum
mittitur deus sic vestit: quanto magis vos
minime fidei. Nolite ergo solliciti esse dicen-
tes: quid manducabimus aut quid bibe-
mus aut quo operiemur. Haec enim omnia gen-
tes inquirunt. Scit enim pater vester celestis
quia hiis omnibus indigetis. Querite ergo
primum regnum dei et iusticiam eius et haec omnia
adicientur vobis.

Obsecro vos ne deficiatis in tribu- Dominica 16 Ephe. 3
lationibus meis pro vobis quae est glo-
ria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea

ad patrem domini nostri ihesu christi ex quo omnis
paternitas in celis et in terra nominatur ut det
vobis secundum divitias glorie sue virtute cor-
roborari per spiritum eius in interiorem hominem
habitare christum per fidem in cordibus vestris in ca-
ritate radicati et fundati ut possitis com-
prehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo
longitudo et sublimitas et profundum. Scire
etiam supereminentem scientie caritatem christi ut
impleamini in omnem plenitudinem dei
Ei autem qui potens est omnia facere super-
abundanter quam petimus aut intelligimus secundum
virtutem que operatur in nobis ipsi honor

in ecclesia et in xpo ihu in omnes generationes
seculi seculorum amen.

Ibat ihesus in civitatem que vocatur Luce 7
naym et ibant cum eo discipuli eius
et turba copiosa. Cum autem appropinquaret
porte civitatis. Ecce defunctus efferebatur
filius unicus matris sue. Et hec vidua erat.
et turba civitatis multa cum illa. Quam cum
vidisset dominus misericordia motus est super eam et
dixit illi. Noli flere. Et accessit et tetigit
loculum. Hii autem qui portabant steterunt.
Et ait. Adolescens tibi dico surge. Et resede-
dit qui erat mortuus et cepit loqui. et

Et dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor

Et magnificabant deum dicentes quia propheta

magnus surrexit in nobis. Et quia deus

visitavit plebem suam.

Dominica 19. Ephesios 4.

Obsecro vos ego vinctus in domino ut

digne ambuletis vocatione qua

vocati estis cum omni humilitate et mansuetudine cum

patientia supportantes invicem in caritate solliciti

servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum

corpus et unus spiritus sicut vocati estis

in una spe vocationis vestre. Unus dominus una

fides unum baptisma. Unus deus et pater omnium

qui est super omnes et per omnia et in omnibus nobis qui est

benedictus in secula seculorum amen

Cum intraret ihesus in domum cuiusdam principis phariseorum sabbato manducare panem. Et ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam ydropicus erat ante illum. Et videns ihesus dixit ad legisperitos et phariseos dicens. si licet sabbato curare. At illi tacuerunt. ipse vero apprehensum sanavit eum ac dimisit. Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadat et non continuo extrahet illum die sabbati. Et non poterant ad hec respondere illi. Dicebat autem et ad invitatos parabolam intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens ad illos. Cum invitatus

luce 14

(primos locos in cenis)

fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco,
ne forte honoratior te sit invitatus ab illo
et veniens is qui te [et illum] vocavit dicat tibi: da
huic locum, et tunc incipias cum rubore
novissimum locum [tenere]. Sed cum vocatus fueris
vade recumbe in novissimo loco, ut cum
venerit qui te invitavit dicat tibi: Amice
ascende superius, tunc erit tibi gloria coram simul
discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat hu-
miliabitur, et qui se humiliat exaltabitur.

Dominica 18 Cor. 1o

Gratias ago deo meo semper pro vobis
in gratia dei que data est vobis in Christo
Iesu, quia in omnibus divites facti estis in illo
in omni verbo et in omni scientia sicut testimonium

xpi confirmatu est in vobis ita ut nichil
vobis desit ulla gratia expectantibus revelacionem
dni nri ihu xpi. qui et confirmabit vos usque
in finem sine crimine in die adventus dni
nri ihu xpi.

Accesserunt ad ihm pharisei et interro- Mt. 22
gavit eum unus ex eis legis doctor
temptans eum. Magister quod est mandatum
magnum in lege? Ait illi ihus. Diliges dnm
deum tuum ex tota corde tuo et ex tota anima
tua et ex tota mente tua. Hoc est maximum
et primum mandatum. Secundum autem simile est huic
Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his
duobus mandatis universa lex pendet
et prophete. [illegible] aut phariseis interrogat

vos ihesus dicens. Quid vobis videtur de Christo
cuius filius est? Dicunt ei David. Ait illis Quomodo
ergo David in spiritu vocat eum dominum dicens
Dixit dominus domino meo sede a dextris meis
donec ponam inimicos tuos scabellum pedum
tuorum. Si ergo David vocat eum dominum,
quomodo filius eius est? Et nemo poterat respondere
ei verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die
eum amplius interrogare.

Renovamini spiritu mentis vestre et indu-
ite vos novum hominem qui secundum
deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Propter
quod deponentes mendacium loquimini veritatem
unusquisque cum proximo suo. quia sumus invicem membra

irascimini et nolite peccare. Sol non occidat super
iracundiam vestram. Nolite locum dare dyabolo.
Qui furabatur iam non furetur, magis autem la-
boret operando manibus suis quod bonum est
ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.
Ascendens Ihesus in naviculam transfretavit et venit in civitatem suam. Et ecce Mt. 9.
offerebant ei paraliticum iacentem in lecto. Et
videns Ihesus fidem illorum dixit paralitico: Confide
fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de
scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat.
Et cum vidisset Ihesus cogitationes eorum dixit:
Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?
Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua

aut dicere surge et ambula. Ut sciatis autem quia
filius hominis habet potestatem in terra dimittendi
peccata tunc ait paralitico: Surge tolle lectum
tuum et vade in domum tuam. Et surrexit
et abiit in domum suam. Videntes autem turbe timu-
erunt et glorificaverunt deum qui dedit potestatem
talem hominibus

Videte fratres quomodo caute ambuletis. Non
quasi insipientes sed ut sapientes.
redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Propterea
nolite fieri imprudentes sed intelligentes que sit volun-
tas dei. Et nolite inebriari vino in quo est
luxuria. Sed impleamini spiritu loquentes vobis-
metipsis in psalmis et hymnis et canticis
spiritualibus. cantantes et psallentes in cordibus vestris.

Sed gratias agentes semper pro omnibus in nomine
domini nostri ihesu christi deo et patri subiecti invicem
in timore christi. Mathei xxii

Loquebatur ihesus cum discipulis
suis in parabolis dicens. Simile factum est regnum
celorum homini regi qui fecit nupcias filio suo
et misit servos suos vocare invitatos ad nup-
cias et nolebant venire. Iterum misit alios ser-
vos dicens. Dicite invitatis ecce prandium
meum paravi tauri mei et altilia occisa et
omnia parata venite ad nupcias. Illi autem
neglexerunt et abierunt alius in villam suam
alius vero ad negociacionem suam. Reliqui vero
tenuerunt servos eius et contumelia affectos

~~contumelia affectos~~ occiderunt. Rex autem cum
audisset iratus est et missis exercitibus perdidit ho-
micidas illos et civitates illorum succendit. Tunc
ait servis suis. Nuptie quidem parate sunt.
Sed qui vocati erant non fuerunt digni. Ite
ergo ad exitus viarum et quoscumque inveneritis vocate
ad nuptias. Et egressi servi eius in vias con-
gregaverunt omnes quos invenerunt bonos
et malos et implete sunt nuptie discumbencium.
Intravit autem rex ut videret discum-
bentes. Et vidit ibi hominem non vestitum
veste nuptiali. Et ait illi. Amice quomodo
huc intrasti non habens vestem nuptialem?
At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris

ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras
exteriores ibi erit fletus et stridor dentium
Multi autem sunt vocati pauci vero electi

Ad Ephe. 6. Confortamini in domino et in potentia vir-
tutis eius. Induite vos armaturam
dei ut possitis stare adversus insidias dya-
boli. Quia non est vobis colluctatio adversus
carnem et sanguinem. Sed adversus principes
et potestates et adversus mundi rectores tenebra-
rum harum, contra spiritualia nequicie in celesti-
bus. Propterea accipite armaturam dei, ut
possitis resistere in die malo et in omnibus
perfecti stare. State ergo succincti lumbos

vestros in veritate. Et induite loricam iustitie
Et calciati pedes in preparatione evangelii pacis in
omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis
omnia tela nequissimi ignea extinguere
Et galeam salutis assumite Et gladium spiritus
quod est verbum dei

Erat quidam regulus cuius filius Johis x.
infirmabatur capharnaum. Hic cum
audisset quia Ihesus veniret a iudea in ga
lileam abiit ad eum et rogabat eum ut
descenderet et sanaret filium eius. Incipiebat
enim mori. Dixit ergo Ihesus ad eum Nisi signa
et prodigia videritis non creditis. Dixit ad eum

regulus. descende priusquam moriatur filius
meus. Dixit ei ihesus. Vade filius tuus
vivit. Credidit homo sermoni quem dixit
ei ihesus. Et ibat. Iam autem eo descendente
servi occurrerunt ei. Et nunciaverunt ei
dicentes. Quia filius eius viveret. Inter-
rogabat ergo horam ab eis in qua melius
habuerat. Et dixerunt ei. Quia heri
hora septima reliquit eum febris.
Cognovit autem pater quia illa hora
erat in qua dixit ei ihesus. Vade filius
tuus vivit. Et credidit ipse et domus
eius tota.

Ad philip. I c.

Confidimus in domino ihesu quia qui
cepit in vobis opus bonum perficiet
usque in diem xpo ihesu. Sicut est michi iustum
hoc sentire pro omnibus vobis. eo quod habeam
vos in corde et in vinculis meis et in defen-
sione et confirmatione evangelii socios gaudii
mei omnes vos esse. Testis enim michi est
deus quomodo cupiam vos omnes in visceribus
ihesu xpi. Et hoc oro ut caritas vestra
magis ac magis abundet in sciencia et in omni
sensu ut probetis pociora. ut sitis sinceres
et sine offensa usque in diem xpi. Repleti
fructu iusticie per ihesum xpum in laudem et gloriam dei;

Mathei xviii c.

Simile est regnum celorum homini regi qui
voluit rationem ponere cum servis suis. Et
cum cepisset rationem ponere oblatus est ei unus qui
debebat decem milia talenta. Cum autem
non haberet unde redderet, iussit eum dominus eius
venundari et uxorem eius et filios et omnia que
habebat et reddi. Procidens autem servus ille
rogabat eum dicens: patientiam habe in me
et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus
servi illius dimisit eum et debitum dimisit ei.
Egressus autem servus ille invenit unum
de conservis suis qui debebat ei centum
denarios. Et tenens suffocabat eum dicens:
Redde quod debes. Et procidens conservus

ille rogabat eum dicens Patientiam habe
in me et omnia reddam tibi. Ille autem noluit
sed abiit et misit eum in carcerem donec redderet
debitum. Videntes autem conservi eius que fiebant
contristati sunt valde et venerunt et narraverunt
domino suo omnia que facta fuerant Tunc vocavit illum
dominus suus et ait illi. Serve nequam omne
debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne
ergo oportuit et te misereri conservi tui sicut et ego
tui misertus sum. Et iratus dominus eius
tradidit eum tortoribus quoadusque redderet
universum debitum. Sic et pater meus faciet vobis
si non remiseritis unusquisque fratri suo de cor-
dibus ~~suis~~ vestris;

Ad philip. 3

Imitatores mei estote et observate eos
qui ita ambulant sicut habetis for-
mam nostram. Multi enim ambulant quos sepe
dicebam vobis nunc autem et flens dico ini-
micos crucis Christi quorum finis interitus quorum
venter deus est et gloria in confusione ipsorum
qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in celis
est. Unde etiam salvatorem expectamus dominum
nostrum Jhesum Christum qui reformabit corpus
humilitatis nostre configuratum corpori claritatis
sue secundum operationem qua possit sibi etiam
subicere omnia. Itaque fratres mei karissimi et deside-
ratissimi gaudium meum et corona mea. Sic
~~state in domino karissimi. Evodiam rogo et~~

pnthiten deprecor idipsum sapere in domino. Etiam
rogo et te germane compar adiuva illas
que mecum laboraverunt in evangelio cum
clemente et ceteris adiutoribus meis quorum nomina sunt
in libro vite.

Mathei 22

Abeuntes pharisei consilium inierunt
ut caperent ihesum in sermone, et mitt-
unt ei discipulos suos cum herodianis
dicentes. Magister scimus quia verax
es, et viam dei in veritate doces, et non est
tibi cura de aliquo. Non enim respicis per-
sonam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur:
licet censum dare cesari an non? Cognita
autem ihesus nequitia eorum ait: Quid me

temptatis ypocrite? Ostendite michi numis-
ma census. At illi obtulerunt ei denarium.
Et ait illis ihesus: Cuius est hec ymago et super-
scriptio? Dicunt ei cesaris. Tunc ait illis
ihesus: Reddite ergo que sunt cesaris ce-
sari et que sunt dei deo. Ad Coloss. i. c.

Non cessamus pro vobis orantes et
postulantes ut impleamini agni-
tione voluntatis eius in omni sapientia et intellectu
spirituali, ut ambuletis digne deo placentes
per omnia, in omni opere bono fructificantes et
crescentes in scientia dei in omni virtute confortati
secundum potenciam claritatis eius in omni paciencia
et longanimitate cum gaudio gracias agentes

deo patri qui dignos nos fecit in partem sortis
sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate te-
nebrarum et transtulit in regnum filii dilectionis
sue in quo habemus redemptionem et remissionem
peccatorum per sanguinem christi domini nostri.
Loquente ihesu ad turbas ecce
princeps unus accessit et adorabat
eum dicens. Domine filia mea modo defunc-
ta est. sed veni impone manum tuam
super eam et vivet. Et surgens sequebatur eum
ihesus et discipuli eius. Et ecce mulier que
sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis
accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti
eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum
vestimentum eius salva ero. At ihesus conversus

et videns eam dixit confide filia fides
tua te salvam fecit et sanata est mulier ex
illa hora.
Et cum venisset ihesus in domum principis
et vidisset tibicines et turbam tumultuantem
dicebat recedite non est enim mortua
puella sed dormit. Et deridebant eum.
Et cum eiecta esset turba intravit et tenuit
manum eius et surrexit puella. Et
exiit fama hec in universam terram
Ecce dies veniunt dicit dominus Jeremie 23.
et suscitabo david germen
iustum et regnabit rex et sapiens erit et
faciet iudicium et iusticiam in terra. Iudicab

illis salvabitur iuda et israhel habitabit confidenter
Et hoc est nomen quod vocabunt eum
dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies ve-
nient dicit dominus et non dicent ultra
vivit dominus qui eduxit filios israhel de terra egipti. sed vivit dominus qui eduxit et adduxit semen
domus israhel de terra aquilonis et de cunctis
terris ad quas eieceram eos illuc et habi-
tabunt in terra sua, dicit dominus omnipotens
Sequitur cum versu sublevasti hec et celos
require in letare

¶ Dominica prima in adventu. Roma. 13



Scientes quia hora est iam nos
de sompno surgere. Nunc enim propior
est nostra salus quam cum credimus

Nox precessit dies autem appropinquavit. Abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis sicut in die honeste ambulemus non in comessationibus et ebrietatibus non in cubilibus et impudiciciis non in contentione et emulatione sed induimini dominum Ihesum Christum.

[illegible]

¶ Evangelium require dominica palmarum Cum appropinquasset Ihesus etc. [vide terminacione ... illegible]

Multipharie multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis novissime diebus istis locutus est nobis in filio quem constituit heredem universorum per quem fecit et secula. Qui

cum sit splendor glorie et figura substancie
eius portansque omnia verbo virtutis eius
purgacionem peccatorum faciens sedet ad dexteram
maiestatis in excelsis Tanto melior angelis
effectus quanto differencius pre illis nomen her-
editavit Cui enim dixit aliquando angelorum filius
meus es tu ego hodie genui te Et
rursum ego ero illi in patrem Et ipse erit
michi in filium Et cum iterum introducit pri-
mogenitum in orbem terre dicit Et adorent
eum omnes angeli dei Et ad angelos quidem
dicit Qui facit angelos suos spiritus et ministros
suos flammam ignis Ad filium autem Thronus

tuus deus in seculum seculi virga equitatis virga re
gni tui Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem
propterea unxit te deus deus tuus oleo exul
tacionis pre participibus tuis Et tu domine in princi
pio terram fundasti et opera manuum tuarum
sunt celi Ipsi peribunt tu autem permanebis
et omnes ut vestimentum veterascent Et velud
amictum mutabis eos et mutabuntur Tu autem
idem ipse es et anni tui non deficient

In principio erat verbum et verbum erat
apud deum et deus erat verbum
Hoc erat in principio apud deum Omnia
per ipsum facta sunt Principes Sum est michel
Quod factum est in ipso vita erat et vita erat

lux hominum et lux in tenebris lucet et tenebre
eam non comprehenderunt fuit homo missus a deo
cui nomen iohannes erat hic venit in testimonium
ut testimonium perhiberet de lumine ut omnes crederent
per illum non erat ille lux sed ut testimonium perhiberet
de lumine erat lux vera que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum in mundo erat
et mundus per ipsum factus est et mundus eum non
cognovit in propria venit et sui eum non recepe-
runt quotquot autem receperunt eum dedit
eis potestatem filios dei fieri hiis qui credunt
in nomine eius qui non ex sanguinibus neque
ex voluntate carnis neque ex voluntate viri
sed ex deo nati sunt et verbum caro factum est

habitavit in nobis Et vidimus gloriam eius quasi
unigeniti a patre plenum gratie et veritatis

Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat Act. 6.
prodigia et signa magna in populo
Surrexerunt autem quidam de synagoga que
appellabatur libertinorum et cyrenensium et alexan-
drinorum et eorum qui erant a cilicia et asia dis-
putantes cum stephano Et non poterant resis- prevalere
tere sapientie et spiritui qui loquebatur Audientes
autem hec dissecabantur cordibus suis et stridebant
dentibus in eum Cum autem esset stephanus
plenus spiritu sancto intendens in celum vidit gloriam
dei et ihesum stantem a dextris virtutis dei Et
ait [Ecce video celos apertos et filium hominis stantem a dextris dei] Exclamantes autem voce magna continuerunt
aures suas et impetum fecerunt unanimiter

aeum. Et eicientes eum extra civitatem lapida-
bant et testes deposuerunt vestimenta sua secus
pedes adolescentis qui vocabatur Saulus.
Et lapidabant Stephanum invocantem et
dicentem Domine Ihesu suscipe spiritum meum.
Positis autem genibus clamavit voce magna
dicens Domine Ihesu ne statuas illis hoc peccatum.
Et cum hoc dixisset obdormivit in Domino.

Dicebat Ihesus turbis Iudeorum et principi-
bus sacerdotum Ecce ego mitto ad
vos prophetas et sapientes et scribas et ex illis occi-
detis et crucifigetis et ex eis flagellabitis in syna-
gogis vestris et persequemini de civitate in civitatem
ut veniat super vos omnis sanguis iustus

et qui effusus est super terram a sanguine abel
iusti usque ad sanguinem zacharie filii barachie
quem occidistis inter templum et altare. Amen
dico vobis venient hec omnia super generationem
istam. Jerusalem Jerusalem que occidis prophetas et
lapidas eos qui ad te missi sunt. quotiens
volui congregare filios tuos quemadmodum
gallina congregat pullos suos sub alas et
noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra
deserta. Dico autem vobis non me videbitis
amodo donec dicatis benedictus qui venit in
nomine domini.

[Q]ui timet deum faciet bona
et qui continens est iusticie apprehendet

eam et obviabit illi quasi mater honorificata.
Cibabit illum pane vite et intellectus et aqua
sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur
in illo et non flectetur et continebit illum et non
confundetur et exaltabit illum apud proximos
suos. In medio ecclesie aperiet os eius et
implebit eum spiritu ~~ecclesie~~ sapientie et intellectus et
stola glorie vestivit eum. Iocunditatem et
exultationem thezaurizabit super eum et nomine
eterno hereditavit illum dominus deus noster.
Dixit ihesus petro. Sequere me.
Conversus petrus vidit illum disci-
pulum quem diligebat ihesus sequentem qui

recumbuit in cena super pectus eius et dixit
domine quis est qui tradet te. Hunc ergo cum
vidisset petrus dixit ihesu domine hic autem
quid. Dixit ei ihesus Sic eum volo manere
donec veniam quid ad te tu me sequere
Exiit sermo iste inter fratres quia discipulus
ille non moritur Et non dixit ei ihesus quia
non moritur sed sic eum volo manere donec
veniam quid ad te. Hic est discipulus ille
qui testimonium perhibet de hiis et scripsit hec et
scimus quia verum est testimonium eius

Vidi supra montem syon agnum
stantem et cum eo centum quadraginta
quatuor milia habentes nomen eius et nomen

patris eius scriptum in frontibus suis. Et audivi
vocem de celo tamquam vocem aquarum multarum
et tamquam vocem tonitrui magni et vocem quam
audivi sicut citharedorum citharizantium
citharis suis. Et cantabant quasi canticum
novum ante sedem et ante quattuor animalia et
seniores. Et nemo poterat dicere canticum
nisi illa centum quadraginta quattuor milia
qui empti sunt de terra. Hii sunt qui cum mulieri-
bus non sunt coinquinati virgines enim sunt.
Hii sequuntur agnum quocumque ierit. Hii empti
sunt ex hominibus primitie deo et agno. Et in
ore ipsorum non est inventum mendacium sine
macula enim sunt ante thronum dei.

Angelus domini apparuit in sompnis ioseph
dicens Surge et accipe puerum et matrem
eius et fuge in egiptum et esto ibi usque dum
dicam tibi. Futurum est enim ut herodes querat
puerum ad perdendum eum. Qui consurgens
accepit puerum et matrem eius nocte et recessit
in egiptum et erat ibi usque ad obitum herodis
ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicen-
tem Ex egipto vocavi filium meum. Tunc
herodes videns quia illusus esset a magis
iratus est valde et mittens occidit omnes
pueros qui erant in bethlehem et in omnibus finibus
eius a bimatu et infra secundum tempus quod exquisierat

a magis. Tunc adimpletum est quod dictum est
per Jeremiam prophetam dicentem. Vox in rama
audita est ploratus et ululatus multus ra
chel plorans filios suos. Et noluit consola
ri quia non sunt

Priusquam enim veniret fides sub
lege custodiebamur conclusi in eam
fidem que revelanda erat. Itaque lex peda
gogus noster fuit in christo ut ex fide iusti
ficemur. At ubi venit fides non sub peda
gogo sumus. Omnes enim filii dei estis per fidem
que est in christo Jhesu. Quicumque enim in christo
baptizati estis christum induistis. Non est

iudeus neque grecus non est servus neque
liber non masculus neque femina Omnes enim
vos unum estis in christo ihesu Si autem vos
xpi cristi ergo abrahe semen estis secundum
promissionem heredes Dico vobis quanto tempore
heres parvulus est nichil differt a servo
cum sit dominus omnium sed sub tutoribus et actoribus
est usque ad prefinitum tempus a patre

Postquam consummati sunt dies octo
ut circumcideretur puer vocatum
est nomen eius ihesus quod vocatum est
ab angelo priusquam in utero conciperetur

Hec dicit dominus · Surge illuminare ierusalem
quia venit lumen tuum et gloria domini
super te orta est · Quia ecce tenebre operient
terram et caligo populos · super te autem orietur
dominus et gloria eius in te videbitur · Et ambu
labunt gentes in lumine tuo et reges in splen-
dore ortus tui · Leva in circuitu oculos tuos
et vide omnes isti congregati sunt · vene
runt tibi · filii tui de longe venient et
filie tue de latere surgent · Tunc videbis
et afflues et mirabitur et dilatabitur cor
tuum quando conversa fuerit ad te multitudo ma-
ris · fortitudo gentium venerit tibi ·

inundatio camelorum operiet te dromedarii
madian et effa. Omnes de saba venient aurum
et thus deferentes et laudem domino annuncian-
tes;

Cum natus esset Ihesus in bethlehem
iude in diebus herodis regis. ecce
magi ab oriente venerunt ierosolimam dice-
ntes. Ubi est qui natus est rex iudeorum. Vi-
dimus enim stellam eius in oriente et venimus
adorare eum. Audiens autem herodes rex
turbatus est. et omnis ierosolima cum illo.
Et congregatis omnes principes sacerdotum
et scribas populi sciscitabatur ab eis ubi christus
doctores legis

nascatur. At illi dixerunt. In bethlehem
iude. Sic enim scriptum est (michee 4) per prophetam Et tu
bethlehem terra iuda nequaquam minima
es in principibus iuda. Ex te enim exiet
dux qui regat populum meum israel. Tunc
herodes (clam) vocatis magis. cum diligenter
didicit ab eis tempus stelle que apparuit
eis. Et mittens illos in bethleem dixit.
Ite et interrogate diligenter de puero. Et cum
inveneritis renuntiate michi. ut et ego ve-
niens adorem eum. Qui cum audissent
regem. abierunt. Et ecce stella quam
viderant in oriente antecedebat eos usque

Dum staret vbi erat puer. Videntes autem
stellam gavisi sunt gaudio magno valde
Et intrantes domum invenerunt puerum
~~domum~~ cum maria matre eius et procidentes ad-
raverunt eum et apertis thesauris suis obtulerunt
ei munera aurum thus et mirram. Et responso accepto
in sompnis ne redirent ad herodem per aliam
viam reversi sunt in regionem suam.

Saulus adhuc spirans minarum
et cedis in discipulos domini accessit ad
principem sacerdotum et petiit ab eo epistolas
in damascum ad synagogas ut si quos ibi in-
venisset huius vie viros ac mulieres vinctos

perduceret in ierusalem Et cum iter faceret contigit
ut appropinquaret damasco Et subito circumfulsit
eum lux de celo et cadens in terra audivit
vocem dicentem sibi Saluu Saule saule
quid me persequeris Qui dixit Quis es
domine Et ille ego sum ihesus nazare-
nus quem tu persequeris Durum est tibi contra
stimulum calcitrare Et ille tremens ac stu-
pens dixit Domine quid me vis facere Et
dominus ad eum Surge et ingredere civitatem
et dicetur tibi quid te oporteat facere Viri
autem illi qui comitabantur cum illo stabant
stupefacti Audientes quidem vocem neminem

Durum est tibi contra stimulum calcitrare

autem videntes Surrexit autem saulus
de terra apertisque oculis nichil videbat ad
manus autem illum trahentes introduxerunt
damascum et erat ibi tribus diebus non
videns et non manducavit neque bibit
Erat autem quidam discipulus damasci nomine
ananias et dixit ad illum in visu dominus
anania at ille ait ecce ego domine et
dominus ad illum surge et vade in vicum
qui vocatur rectus et quere in domo iude
saulum nomine tarsensem ecce enim orat et
vidit virum nomine ananiam introeuntem
et imponentem sibi manus ut visum

recipiat visum. Ait autem Ananias: Domine
audivi a multis de viro hoc quanta mala
fecit sanctis tuis in Jerusalem. Et hic habet potestatem
a principibus sacerdotum alligandi omnes qui
invocant nomen tuum. Dixit autem ad eum
Dominus: Vade quoniam vas electionis est michi
~~ait~~ iste ut portet nomen meum coram
gentibus et regibus et filiis Israel. Ego
enim ostendam illi quanta oporteat eum
pro nomine meo pati. Et abiit Ananias
Et introivit in domum et imponens ei et
manum et dixit: Saule frater, Dominus
Jhesus misit me ad te qui apparuit

tibi in via qua veniebas ut videas et
impleatur spiritu sancto Et confestim ceciderunt
ab oculis eius tamquam squame et visum
recepit et surgens baptizatus est Et cum
accepisset cibum confortatus est Fuit autem
cum discipulis Damasci per dies aliquot conti-
nuo in synagogis predicabat Ihesum quoniam hic
est filius dei Stupebant autem omnes qui
eum audiebant et dicebant Nonne hic est qui expu-
gnabat in Ierusalem eos qui invocabant
nomen istud Et huc ad hoc venit ut
vinctos illos duceret in Ierusalem ad principes

pater bonum Paulus autem multo magis conualesce-
bat et confundebat iudeos qui habitabant da-
masci affirmans quia hic est xpus
Dixit simon petrus ad ihesum Ecce nos
relinquimus omnia et secuti sumus
te quid ergo erit nobis Ihesus autem
dixit eis Amen dico vobis quod vos qui secuti
estis me in regeneracione cum sederit filius
hominis in sede maiestatis sue sedebitis
et vos super sedes duodecim iudicantes duo-
decim tribus israel Et omnis qui reliquerit
domum aut fratres aut sorores aut patrem
aut matrem aut uxorem aut filios aut

agros ppter nomen meum centuplum accipiat et vitam eternam possidebit

Hec dicit dns deus ecce ego mitto angelum meum et preparabit viam meam ante faciem meam Et statim veniet ad templum sanctum suum dnator domus quem vos queritis et angelus testamenti quem vos vultis ecce veniet dicit dns exercituum et quis poterit cogitare diem adventus eius Et quis stabit ad videndum eum ipse enim quasi ignis conflans et quasi herba fullonum et sedebit conflans et emundans argentum et erunt dno offerentes sacrificia

in iusticia. Et placebit deo sacrificium iuda
et ierusalem sicut dies seculi et sicut anni
antiqui. Dicit dominus omnipotens.

Postquam impleti sunt dies purgationis
marie secundum legem moysi tulerunt
illum in ierusalem ut sisterent eum domino sicut
in lege scriptum est in lege domini. Quia omne masculinum
adaperiens vulvam sanctum domino vocabitur. Et
ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege
domini, par turturum aut duos pullos colu-
barum. Et ecce homo erat in ierusalem cui nomine sy-
meon. Et homo iste iustus et timoratus ex-
spectans consolationem israel. Et spiritus sanctus

erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto
non visurum se mortem nisi prius videret
christum domini. Et venit in spiritu in templum.
Et cum inducerent puerum ihesum in templum
parentes eius ut facerent secundum consuetudinem
legis pro eo, ipse accepit eum in ulnas
suas et benedixit deum et dixit. Nunc
dimittis servum tuum domine secundum
verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi
mei salutare tuum. Quod parasti ante
faciem omnium populorum. Lumen ad
revelationem gentium et gloriam plebis tue israel.

Exurgens petrus in medio fratrum
dixit. Erat autem turba hominum simul
fere centum viginti. Viri fratres oportet
impleri scripturam quam predixit spiritus sanctus
per os david de iuda qui fuit dux eorum
qui comprehenderunt ihesum qui connumeratus
erat in nobis et sortitus est sortem
ministerii huius. Et hic quidem possedit
agrum de mercede iniquitatis et suspensus
crepuit medius et diffusa sunt omnia
viscera eius. Et notum factum est omnibus
habitantibus ierusalem ita ut appellaretur

ager ille lingua eorum acheldemach hoc est ag-
sanguinis Scriptum est enim in libro psal-
morum Fiat commoratio eius deserta
et non sit qui inhabitat in ea et episcopatum
eius accipiet alius Oportet ergo ex hiis viris
qui nobiscum sunt congregati in omni
tempore quo intravit et exivit inter nos
dominus ihesus incipiens a baptismate iohannis
usque in diem qua assumptus est a nob-
testem resurrectionis eius unum vo-
biscum fieri ex istis Et statuerunt
duos ioseph qui vocabatur barrabas

cognominatus est iustus. Et mathia. Et ora
tes dixerunt. Tu domine qui corda nosti
omnium ostende quem elegeris ex hiis duobus
unum accipere locum ministerii huius et apostolatus
de quo prevaricatus est iudas ut abiret
in locum suum. Et dederunt sortes eis
et cecidit sors super mathiam et annumera-
tus est cum undecim apostolis

Respondens ihesus dixit. Con-
fiteor tibi pater domine celi et terre
quia abscondisti hec a sapientibus et
prudentibus et revelasti ea parvulis. Ita.

pater [quia] sic placitum fuit ante te. Omnia
michi tradita sunt a patre meo. Et nemo
novit filium nisi pater, neque patrem quis
novit nisi filius et cui voluerit filius re-
velare. Venite ad me omnes qui laboratis
et onerati estis et ego reficiam vos. Tollite
iugum meum super vos et discite a me quia
mitis sum et humilis corde et invenietis
requiem animabus vestris. Iugum enim
meum suave est et onus meum leve.

Stabunt iusti in magna con-
stancia adversus eos angusta-

uerunt et qui abstulerunt labores eorum
Videntes autem turbabuntur timore hor-
ribili et mirabuntur in subitatione insperate
salutis dicentes intra se peniten-
tiam agentes et pre angustia spiritus
gementes Hii sunt quos aliquando habu-
imus in derisum et in similitudinem
improperii Nos insensati vitam illorum
estimabamus insaniam et finem illorum
sine honore Ecce quomodo computa-
ti sunt inter filios dei et inter sanctos
sors illorum est

In illo tpe d' ihs d' suis Non turbet' cor vrm
neqz formidz credit' in deu et in me credite
In domo prs mei mansiones mlte sut Si quominus
dixissez vb quia vado parare vobis locu et si abiero
et pparavero vb locu itm venia et accipia vos ad
me ipm et ubi su ego et vos sitis Et quo ego vado
scitis et viam scitis Dicit ei thomas Domine nescim
quo vadis et quo possumus viam scire Dicit ei ihus
Ego su via veritas et vita Nemo venit ad prem nisi
per me Si cognovissetis me et prez meu utiqz co
gnovissetis et amodo cognoscetis eu et vidistis eum
Dixit ei philippus Domine ostende nb prez et suffic

nobis. Dicit ei ihesus Tanto tempore vobiscum sum et non cogno-
uisti me philippe qui videt me videt et patrem meum Quomodo
tu dicis ostende nobis patrem Non credis quia ego in patre et
pater in me est Verba que ego loquor vobis a me ipso non
loquor Pater autem in me manens ipse facit opera
Non creditis quia ego in patre et pater in me est Alioquin
propter opera ipsa credite Amen amen dico vobis qui credit in me
opera que ego facio et ipse faciet et maiora horum faciet
quia ego vado ad patrem et quodcumque petieritis patrem
in nomine meo hoc faciam

Fratres confido de vobis in domino ihesu quod nichil
sapiatis. Qui autem conturbat vos portabit iudicium

quicumque est ille. Ego autem fratres si circumcisionem predico
quid adhuc persecutionem patior? ergo evacuatum est
scandalum crucis. Utinam et abscidantur qui vos con-
turbant. Vos enim in libertatem vocati estis fratres tantum
ne libertatem in occasionem carnis detis sed per caritatem
spiritus servite invicem. Omnis enim lex in uno sermone
impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod
si invicem mordetis et comeditis videte ne ab
invicem consumamini. Quicumque enim volunt placere in
carne hii cogunt vos circumcidi tantum ut crucis Christi per-
secutiones non patiantur. Neque enim qui circumciduntur
legem custodiunt et cogunt vos ut in carne vestra

gloriet[ur]. Michi autem absit gloriari nisi in cruce domi
ni nostri ihesu xpi. Per quem michi mundus crucifixus est et ego mundo

In die in-
ventionis
sancte crucis
Jo. 3. c.

In illo tempore Erat homo ex phariseis Nycodemus [nomine]
princeps iudeorum. Hic [gey?] venit ad ihesum nocte et dixit ei
Rabi scimus quia a deo venisti magister [mistrz] Nemo enim [bo] potest hec signa [tato]
facere que tu facis nisi [bude-li] fuerit deus cum eo. Respondit ihesus et dixit
ei Amen amen dico tibi nisi quis [nenarodi sie] natus fuerit denuo
non potest videre [oblowstwa] regnum dei. Dicit ad eum Nicodemus Quo
modo potest homo nasci [denuo] cum sit senex numquid potest in ventrem matris
sue iterato introire et [a znowe sie narodi] re nasci. Respondit ihesus Amen
amen dico tibi nisi quis [znow sie] renatus fuerit [z wody] ex aqua et [a duchem] spiritu
sancto non potest introire regnum dei. Quod natum est ex carne [narodilo sie]

caro est et quod natu est exspiritu spus est
Non mires q dixi tibi oportet vos nasci denuo
Spiritus ubi vult spirat et voce eius audis et nescis
vn veniat aut quo vadat Sic est omis qui natus
ex spu Rx Nicodemus et dixit ei Quo pt hec fi
Rx ihus et dix ei Tu es mgr in isrl et h ignoras
Amen amen dico tibi q qd scimus loqm et qd vidimus
testam z testimom nrm no accipitis Si terrena dixi
vob et no credit quo si dixero vob celestia credetis
Et nemo ascendit in celu nisi qui descendit de celo filius
hominis qui e in celo Et sicut moyses exaltavit spente
in deserto ita exaltari oportet filium hominis ut ois

qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam eternam

H Et dicit dominus Audite insule et attendite populi de longe Dominus ab utero vocavit me de ventre matris mee recordatus est nominis mei et posuit os meum quasi gladium acutum sub umbra manus sue protexit me et posuit me sicut sagittam electam in pharetra sua abscondit me et dixit mihi Servus meus es tu israel quia in te glorabor Et nunc hec dicit dominus formans me ex utero servum sibi Dedi te in lucem gentium ut sis salus mea usque ad extremum terre Reges videbunt et consurget principes et adorabunt dominum deum tuum et sanctum israhel qui elegit te

In illo tempore Elizabeth impletum est tempus pariendi
et peperit filium Et audierunt vicini et cognati
eius quia magnificavit dominus misericordiam suam cum illa et congra-
tulabantur ei Et factum est in die octavo venerunt
circumcidere puerum et vocabant eum nomine patris sui za-
chariam Et respondens mater eius dixit Nequaquam
sed vocabitur iohannes et dixerunt ad illam Quia nemo
est in cognacione tua qui vocetur hoc nomine Innue-
bant autem patri eius quem vellet vocari eum Et postulans
pugillarem scripsit dicens Johannes est nomen eius
et mirati sunt universi Apertum est autem illico os eius
et lingwa eius et loquebatur benedicens deum Et factus

est timor sup omnes vicinos eorum et sup omnia montana
iudee divulgabantur omnia verba hec Et posuerunt omnes
qui audierant in corde suo dicentes Quis putas puer
iste erit et enim manus domini erat cum illo Et zacha
rias pater eius repletus est spiritu sancto et prophe
tavit dicens Benedictus dominus deus israel quia visitavit
et fecit redemptionem plebis sue

In diebus illis Misit herodes rex manus ut affli-
geret quosdam de ecclesia Occidit autem iacobum fratrem ioha
nis gladio Videns autem quia placeret iudeis apposuit apprehendere
et ~~apprehendit~~ petrum Erant autem dies azimorum Quem cum
apprehendisset misit in carcerem tradens quatuor quaternionibus

militum ad custodiendum volens post pascha producere
eum populo et petrus quidem servabatur in carcere. Oratio
autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo;
Cum autem producturus eum esset herodes in ipsa nocte erat
petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis cathe-
nis duabus et custodes ante hostium custodiebant
carcerem Et ecce angelus domini astitit et lumen re-
fulsit in habitaculo carceris percussoque latere petri
excitavit eum dicens Surge velociter et ceciderunt cathe-
ne de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum Precingere
et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi.
Circumda tibi vestimentum tuum et sequere me. Et exiens

sequebatur eum et nesciebat quia verum est quod fiebat
per angelum. Estimabat autem se visum videre. Transeuntes
autem primam et secundam custodiam venerunt ad portam
ferream que ducit ad civitatem que ultro aperta est eis.
Et exeuntes processerunt vicum unum et continuo discessit
angelus ab eo. Et petrus ad se reversus ait. Nunc scio
vere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu
herodis et de omni expectatione plebis iudeorum.

przisedw · blisko miesta philipova · cesaria genuss dzaue
Mt 16 In illo tempore. Venit ihesus in partes cesaree philippi
rzka · zacz gmenugi
et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt
ul koho menugi · odpowiedieli rzkucz
homines esse filium hominis. At illi dixerunt
druzi menugi by bil
Alii iohannem baptistam alii heliam alii vero

Jeremiam aut unum ex prophetis. Dicit illis ihesus

Vos autem quem me esse dicitis. Respondens simon petrus

dixit ei. Tu es christus filius dei vivi. Respondens autem ihesus

dixit ei. Beatus es simon bariona quia caro et san-

guis non revelavit tibi sed pater meus qui est in celis.

Et ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petram

edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non prevalebunt

adversus eam et tibi dabo claves regni celorum

Et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in

celis. Et quodcumque solveris super terram erit solutum et in celis

Fratres notum vobis facio evangelium

quod evangelizatum est a me quia non est secundum hominem

Neque enim ab homine ego accepi illud neque didici·
sed per reuelacionem ihesu xpi Audistis enim conuersacionem meam
aliquando in iudaismo quoniam supra modum persequebar ecclesiam
dei et expugnabam illam et proficiebam in iudaismo
supra multos coetaneos meos in genere meo habun-
dantius emulator existens paternarum mearum tradicio-
num· Cum autem complacuit ei qui me segregauit de
vtero matris mee et vocauit per graciam suam vt re
uelaret filium suum in me vt euangelizarem illum
in gentibus continuo non acquieui carni et sanguini
neque veni iherosolimam ad antecessores meos
apostolos· sed abii in arabiam et iterum reuersus sum in

damascu. deinde post annos tres veni iherosolima videre
petru. et mansi aput eu diebus quindecim. Alium autem
appostolorum neminem vidi nisi Jacobum fratrem domini. Que
autem scribo vobis ecce coram deo quia non mentior. Deinde
veni in partes sirie et cilicie. Eram autem ignotus facie
ecclesiis iudee que erant in christo tantum autem auditum habebant
quoniam qui persequebatur nos aliquando nunc ewangelizat
fidem quam aliquando expugnabat. et in me glorificabant
deum ihesum christum.

Dixit Symon petrus ad ihesum. que super in

die conversionis sancti pauli.

In lectulo meo per noctem quesivi quem diligit

anima mea. Quesivi illum et non inveni. Surgam et
circuibo civitatem per vicos et plateas queram quem
diligit anima mea. Quesivi illum et non inveni.
Invenerunt me vigiles qui custodiunt civitatem. Num
quem diligit anima mea vidistis. Et paululum cum per-
transissem eos inveni quem diligit anima mea. Tenebo illum
nec dimittam donec introducam illum in domum matris
mee et in cubiculum genitricis mee.

In illo tempore. Rogabat Ihesum quidam phariseus
ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei
discubuit. Et ecce mulier que erat in civitate peccatrix
ut cognovit quod accubuisset in domo pharisei attul-

alabastrū vngenti. Et stās retro secus pedes
eius lacrimis cepit rigare pedes eius et vngēto
~~vngebat~~ capill' capitis sui tergebat et osculabat
pedes eius et vngento vngebat. Videns aute
pharyseus qui vocauerat eū ait intra se dicens
Hic si esset ppha sciret vtiq3 que et qual' esset mlr
que tangit eū quia peccatrix est. Et videns
ihūs dixit ad simonē. Simon hēo t' aliq dicē
At illi ait mgr̄ dic. Videns ihs dix'. Duo debi
tores erāt cuidā feneratori vnus debebat de
narios quingētos et alius quīquaginta Nō habentib3
at ill' vnde redderēt donauit vtriq3. Quis ergo

eu plus dilig^t. Respondens simon dix^t. Estimo q^r is cui
plus donavit. At ille ait ei. Recte iudicasti. Et q^usus
ad mulierem dix^t simoni. Vides hanc mulierē. Intra-
vi in domū tuā aquā pedibȝ meis nō dedisti. Hec
aūt lacrimis riga^t pedes meos et capillis suis tersit.
Osculū m̄ nō dedisti. Hec aūt ex quo intravi nō cessa^t
osculari pedes meos. Oleo caput meū nō unxi-
sti. Hec aūt ungēto unx^t pedes meos. Propt^r quod dico
tibi. Remittu^r ei pcta mlta quia dilex^t mltū. Cui
aūt minus dimittu^r minus dilig^t. Dixit aūt ad illā.
Remittu^r tibi pcta tua. Et ceperūt qui simul accu-
bebant dicē int^r se. Quis est hic qui etiā pcta dimittit

dixit autem ad mulierem fides tua te salvam fecit vade in pace

FRatres Qui parce seminat parce et metet Et qui
seminat in benedictionibus et benedictionibus et metet
Unusquisque prout destinavit in corde suo non ex tristicia
aut ex necessitate hylarem enim datorem diligit deus
Potens est enim deus omnem graciam habundare facere in vobis
ut in omnibus semper omnem sufficienciam habentes habundetis
in omne opus bonum sicut scriptum est Dispersit
dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi
Qui autem administrat semen seminanti et panem ad man-
ducandum prestabit Et multiplicabit semen vestrum et
augebit incrementa frugum iusticie vestre

In illo t. d. i. d. suis Amen amen dico vob
nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit
ipsum solum manet Si aut mortuum fuit multum
fructum affert / Qui amat animam suam perdet eam Et qui
odit animam suam in hoc mundo in vitam eternam custodit eam
Si quis michi ministrat me sequatur Et ubi sum ego
illic et minister meus erit Si quis michi ministraverit
honorificabit eum pater meus qui in celis est
Ego quasi vitis fructificavi suavitatem
odoris et flores mei fructus honoris et honestatis Ego
mater pulcre dilectionis et timoris et agnitionis
et sancte spei In me omnis gratia vie et veritatis

Transite ad me omnes qui concupiscitis me et a gene
racionibus meis adimplemini Spiritus enim meus super mel
dulcis et hereditas mea super mel et favum Memoria
mea in generacione seculorum Qui edunt me adhuc
esurient et qui bibunt me adhuc sicient Qui audit
me non confundetur et qui operantur in me non peccabunt
Qui elucidant me vitam eternam habebunt
In illo tempore loquente ihesu ad turbas extollens
vocem quedam mulier de turba dixit ei Beatus venter
qui te portavit et ubera que suxisti At ille dixit Quinim-
mo beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud
In omnibus requiem quesivi et in hereditate

domum morabor. Tunc precepit et dixit michi creator omnium et qui creavit me requievit in tabernaculo meo et dixit michi in iacob inhabita et in israel hereditare et in electis meis mitte radices. Et sic in syon firmata sum et in civitate sanctificata similiter requievi et in ierusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato et in partes dei mei hereditas illius et in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in lybano et quasi cypressus in monte syon. Quasi palma exaltata sum in cades et quasi plantatio rose in iericho. Quasi oliva speciosa in campis et quasi platanus exaltata sum iuxta aquas in plateis. Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi. Quasi mirra electa dedi suavitatem odoris.

In illo tempore Intravit ihesus in quoddam castellum et mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine maria. Que etiam secus pedes domini audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Que stetit et ait. Domine non est tibi cure quod soror mea reliquit me solam ministrare. Dic ergo illi ut me adiuvet. Et respondens dixit illi dominus. Martha martha sollicita es et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea — Luce x°

In die sancti Bartholomei Ephe. 2.

Fratres Iam non estis hospites et advene sed estis cives sanctorum et domestici dei superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo angulari

lapide cristo ihesu In quo omnis edificatio constructa
crescit in templum sanctum in domino In quo et vos coedi
ficamini in habitaculum dei in spiritu sancto

Luce 22. In illo tempore facta est contentio inter discipulos ihesu quis
eorum videretur maior Dixit autem eis ihesus Reges gentium
dominantur eorum et qui potestatem habent super eos benefici vocantur
Vos autem non sic Sed qui maior est in vobis fiat sicut
minor et qui precessor est sicut ministrator Nam quis
maior est qui recumbit an qui ministrat Nonne qui
recumbit Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat
Vos autem estis qui permansistis mecum in temptatio-
nibus meis et ego dispono vobis sicut disposuit
mihi pater meus regnum ut edatis et bibatis super

mesias mea in regno meo et sedeat super thro
nos duodecim iudicantes duodecim tribus israel

Memoria iosie in compositione odoris facta
in opus pigmentarii. In omni ore quasi mel indul
corabitur eius memoria et ut musica in convivio vini
Ipse est directus divinitus in penitentia gentis et tulit
abhominationes impietatis et gubernavit ad dominum
cor ipsius. In diebus peccatorum corroboravit pietatem
nam male tractaverunt illum. Qui in ventre consecratus
est propheta evertere et perdere et iterum edificare et
renovare. Amplificatus est quasi stella matutina
in medio nebule et quasi luna plena in diebus suis
lucet et quasi sol refulgens sic ille refulsit in templo dei

In illo t. Misit herodes ac tenuit iohannez
et vinxit eu in carcerez ppt herodiadem vxorem
philippi fratris sui qz tulerat ea. Dicebat enim Iohes
herodi Non licet t. hre vxorem fris tui. Herodi
as aut insidiebat illi et volebat occide eu nec
poterat. Herodes aut metuebat iohnez sciens
eu virum iustu et sanctu et custodiebat eum. Et
audito eo multa faciebat et libent enim audiebat
Et cu dies oportun accidiss herodes in natali suo
fecit cena principibz et tribunis et primis galilee
Cumqz introiss filia eius ipius herodiadis et sal
tass et placuiss herodi simul qz discubentibz
rex ait puelle Pete ame quid vis et dabo t

Et iurat illi qr quicquid pecieris dabo tibi licet dimi
dium regni mei Que cu exisset dixit matri sue
Quid petam Et illa dixit Caput iohannis
baptiste Cumque intrasset statim cum festinacione ad rege
petivit dicens Volo ut protinus des mihi in disco ca
put iohannis baptiste Et contristatus est rex propter
ius iurandum et propter simul discumbentes Noluit eam
contristare sed misso spiculatore precepit afferri caput
Johannis in disco Et decollavit eum in carcere et attulit
caput eius in disco et dedit illud puelle et illa
dedit matri sue Quo audito discipuli eius vene
runt et tulerunt corpus eius et posuerunt illud in monumento
Dominus possedit me initio viarum suarum

antequam terram faceret a principio. Ab eterno ordinata
sum et ex antiquis antequam terra fieret. Nec dum erant abyssi
et iam concepta eram. Nec dum fontes aquarum erupe
rant, nec dum montes gravi mole constiterant, ante colles
ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat et flumina
et cardines orbis terre. Quando preparabat celos aderam,
quando certa lege et gyro vallabat abyssos. Quando
ethera firmabat sursum et librabat fontes aquarum.
Quando circumdabat mari terminum suum et legem pone
bat aquis ne transirent fines suos. Quando appende
bat fundamenta terre, cum eo eram cuncta componens
et delectabar per singulos dies ludens coram
eo omni tempore ludens in orbe terrarum et delicie mee

ce cu filiis hom̄ Nunc ergo filii audite me Beati
qui custodiunt vias meas Audite disciplina et
estote sapientes et nolite abicere eam Beatus homo qui
audit me et qui vigilat ad fores meas cottidie
et observat ad postes hostii mei Qui me invenerit
inveniet vitam Et hauriet salutem a domino

Liber generationis ihu xpi filii david filii abra-
ham Abraham genuit ysaac Ysaac autem genuit
iacob Iacob autem genuit iudam Iudas autem genuit
phares et zaram de thamar Phares autem genuit
esrom Esrom autem genuit aram Aram autem genuit
aminadab Aminadab autem genuit naason Naason
autem genuit salomon Salomon autem genuit booz de raab

Booz aut get obeth ex ruth. Obeth a get yesse. Yesse
a get dauid regem. Dauid a rex get salomonem
ex ea que fuit urie. Salomon aut get roboam. Robo
am a get abiam. Abias a get aza. Aza aut genuit
yosaphat. Iosaphat a get yoram. Ioras a genuit
osyam. Osyas a genuit yoatham. Yoatham a
a get achas. Achas a get ezechiam. Ezechias aut
get manassen. Manasses a amon. Amon a get
yosiam. Iosias a get yeconiam et fres eius in tusm
gracoz babilonis. Et post transmigratoz babilonis
yeconias a get salathiel. Salathiel a genuit
zorobabel. Zorobabel a get abyud. Abyud aut

get elyachim Elyachim a get azor Azor aut
get sadoch Sadoch a get achym Achym a get
elyud Elyud a get eleazar Eleazar a genuit
mathan Mathan a get iacob Jacob a genuit ioseph
virum marie de q natus est ihs qui vocatur xpus
Hoc sentite in vobis Require in dominica pal-
marum
tuttbis iudeorum. Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps huius
In illo t. d. j. cfrib. Ego si exaltatus fuero mundi eiicietur fora
a terra omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat significans
qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audivimus
ex lege quia xpus manet in eternum, et quomodo tu dicis
oportet exaltari filium hominis. Quis est iste filius
hominis. Dixit ergo eis ihus Adhuc modicum lumen

in vob est. Ambulate dum lucem hētis ut tenebre
vos non cōphendant. Et qui ambulat in tenebris nescit
quo vadat. Dum lucem hētis credite in lucem ut filii lucis sitis.
Fratres Unicuique vestrum data est gratia secundum me-
suram donacionis xpisti. Propter quod dicit Ascendens in altum
captiuam duxit captiuitatem. Dedit dona hominibus. Quod
autem ascendit quid est nisi quia et descendit primum in inferiores
partes terre. Qui descendit ipse est et qui ascendit super
omnes celos ut adimpleret omnia. Et ipse dedit
quosdam quidem apostolos quosdam prophetas alios vero
ewangelistas alios autem pastores et doctores ad
consummacionem sanctorum in opus ministerii in edificatione

corporis xpi donec occurramus omnes in unitatem
fidei et agnitionis filii dei in virum perfectum in mensu-
ram etatis plenitudinis xpi

In illo t[empore] Cum transisset ihesus vidit hominem Mt. 9.
sedentem in theolonio matheum nomine et ait illi
Sequere me / et surgens secutus est eum / Et factum est
discumbente eo in domo. Et ecce multi (vosinari) publicani et
peccatores (pfechwsy) venientes discumbebant cum ihesu et discipulis
eius Et videntes pharisei dicebant discipulis eius.
Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister
vester At ihesus audiens ait Non est opus sanis
medicus sed male habentibus. Euntes autem discite quid

est. misericordiam volo et non sacrificium. Non enim veni vocare
iustos sed peccatores
In diebus illis significavit deus que oportet
fieri cito loquens per angelum suum servo suo iohanni
qui testimonium perhibuit verbo dei et testimonium ihesu christi
in hiis quecumque vidit. Beatus qui legit et qui audit
verba prophetie huius et servat ea que in ea sunt scripta. Tempus
enim prope est. Iohannes septem ecclesiis que sunt in
asia gratia vobis et pax ab eo qui erat et qui
est et qui venturus est et a septem spiritibus qui in
conspectu throni eius sunt et a ihesu christo qui est testis
fidelis primogenitus mortuorum et princeps regum terre

Qui dilexit nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo

In illo tempore accesserunt ad ihesum discipuli dicentes

Quis putas est maior in regno celorum Et advocans

ihesus parvulum statuit eum in medio eorum et dixit Amen

dico vobis nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli non

intrabitis in regnum celorum Quicumque ergo humiliaverit

se sicut parvulus iste hic maior est in regno celorum

Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo

me suscipit. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis

istis qui in me credunt expedit ei ut suspendatur

mola asinaria in collo eius et demergatur

in profundum maris Ve mundo a scandalis Necesse

est enim ut veniant scandala verumptamen ve homini

illi per quem scandalum venit Si autem manus tua vel

pes tuus scandalizat te abscide eum et proice abs te

Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum

quam duas manus vel duo pedes habentem mitti in ignem

eternum Et si oculus tuus scandalizat te erue eum

et proice abs te Bonum est tibi cum uno oculo ad vitam

intrare quam duos habentem mitti in gehennam ignis

Videte ne contempnatis unum ex hiis pusillis Dico

enim vobis quia angeli eorum in celis semper vident faciem

patris mei qui in celis est

Fratres karissimi quia diligentibus deum omnia cooperantur

in bonum hys qui secundum propositum vocati sunt sancti

Nam quos prescivit et predestinavit conformes fieri

ymaginis filii sui ut sit ipse primogenitus in multis fratribus

Quos autem predestinavit hos et vocavit. Et quos vocavit

hos et iustificavit. Quos autem iustificavit hos et magni-

ficavit. Quid ergo dicemus ad hec. Si deus pro nobis quis contra nos

Qui etiam proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus

tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit

Quis accusabit adversus electos dei. Deus qui iusti-

ficat / quis est qui condempnet. Christus Ihesus qui

mortuus est ymmo qui et resurrexit qui est ad dexteram

dei qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo separabit nos

sepab[t] nos a cari[te] dei / Tribulacio an angustia
an psecucio an fames an nuditas an periculum
an gladius Sicut scriptum est Quoniam propter te mor-
tificamur tota die estimati sumus vt oues occisionis
Sed in hiis omnibus superamus propter eum qui dilexit nos
Certus sum enim quia neque mors neque vita neque an-
geli neque principatus neque virtutes neque instancia
neque futura neque fortitudo neque altitudo neque
profundum neque creatura alia nos poterit seperare
a caritate dei que est in xpo ihu domino nostro
In illo t. d. i. d. f. Hec mando vobis vt diligatis
inuicem Si mundus vos odit scitote quia me priorem

vobis odio hnt Si de mundo fuisset mudo qd suu
erat diliget Quia vo de mudo no estis s ego elegi
vos de mudo pptea odit vos mudo Mementote
smonis mei que ego dixi vb no est suus maior
domino suo Si me psecuti sunt z me psequent
Si sermone meu suauerut et vrm suabut Sz h
omia facient vb ppt nome meu qr nesciut eu
qui me misit Si no venissem et locutus no fuisse
eis pctm no hrent Nuc aut excusacoz no hnt
de pcto suo Qui me odit z prem meu odit Si
opa no fecissem in eis que alius nemo fecit pctm
no hrent Nuc aut viderut z oderut me et

patrem meum Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum
scriptus est quia odio habuerunt me gratis

In diebus illis. Ecce ego Johannes vidi alterum
angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum dei vivi
Et clamavit voce magna quatuor angelis quibus datum est
nocere terre et mari dicens Nolite nocere terre et mari
neque arboribus quo adusque signemus servos dei nostri
in frontibus eorum. Et audivi numerum signatorum centum
quadraginta quatuor milia ex omni tribu filiorum
israel. Ex tribu iuda duodecim milia signati Ex tribu
ruben duodecim milia signati. Ex tribu gad xii milia
signati. Ex tribu asser xii milia signati Ex tribu nep
talim xii milia signati Ex tribu manasse xii

milia signati Ex tribu simeon xii m· sig̃ti Ex tribu
levi xii m· sig̃ti Ex tribu ysachar xii milia sig̃ti
Ex tribu zabulon xii milia sig̃ti Ex tribu ioseph
xii m· sig̃ti Ex tribu beniamin xii milia signati
Et post hec vidi turbam magnam quam dinumerare nemo
poterat ex omnibus gentibus et tribubus et populis et
linguis stantes ante thronum in conspectu agni a-
micti stolis albis et palme in manibus eorum.
Et clamabant voce magna dicentes Salus deo
nostro qui sedet super thronum et agno. Et omnes
angeli stabant in circuitu throni et seniorum et quatuor
animalium Et ceciderunt in conspectu throni in facies
suas et adoraverunt deum dicentes amen. Benedictio

et claritas et sapientia et gratiarum actio honor virtus
et fortitudo deo nostro in secula seculorum amen.

In illo tempore Videns ihesus turbas ascendit in montem
Et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius et ape-
riens os suum docebat eos dicens. Beati pauperes
spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites quoniam
ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent quoniam ipsi consola
buntur. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam quoniam ipsi
saturabuntur. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam
consequentur. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt.
Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum
est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint vobis
homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum

adūsum vos mentientes ppt me. Gaudete et
exultate quoniam merces vrã copiosa est in celis.

In illo t[empore] di[xit] i[esu]s d[iscipu]lis suis. Scitis quia post biduum
pascha fiet et filius hominis tradetur ut crucifigatur
Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores
ppli in atrium principis sacerdotum qui dicebatur cayphas
et consilium fecerunt ut ihm dolo tenerent et occi-
derent. Dicebant autem Non in die festo Ne forte
tumultus fieret in pplo Cum autem esset ihus in betha-
nia in domo simonis leprosi Accessit ad eum
mulier habens alabastrum unguenti pretiosi

et effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes
autem discipuli indignati sunt dicentes. Ut quid perditio
hec? Potuit enim unguentum istud venundari multo
et dari pauperibus. Sciens autem Ihesus ait illis. Quid
molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata
est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum me
autem non semper habebitis. Mittens enim hec mulier unguentum
hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit.
Amen dico vobis. Ubicumque predicatum fuerit hoc evangelium

hoc in toto mundo dicetur et quod hec fecit in memoria eius

Tunc abiit unus de duodecim qui dicebatur iudas

scarioth ad principes sacerdotum et ait illis Quid

vultis mihi dare et ego eum vobis tradam Et illi constituerunt

ei triginta argenteos Et exinde querebat oppor-

tunitatem ut eum traderet Prima autem die azimorum

accesserunt ad ihesum discipuli eius dicentes Ubi

vis paremus tibi comedere pascha At ihesus dixit

Ite in civitatem ad quendam et dicite ei Magister dicit

Tempus meum prope est / apud te facio pascha cum

discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis
ihesus et parauerunt pascha. Vespere autem facto discumbebat
cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit. Amen
dico vobis quia vnus vestrum me traditurus est. Et contristati
sunt valde ceperunt singuli dicere. Nunquid ego sum
domine. At ille respondens ait. Qui intingit mecum manum
in parapside hic me tradet. Filius quidem hominis
vadit sicut scriptum est de illo. Ve autem homini illi
per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si natus
non fuisset homo ille. Respondens autem iudas qui tradidit eum

dixit Numquid ego sum rabi Ait illi Tu dixisti

Cenantibus autem eis accepit ihesus panem et benedixit ac

fregit deditque discipulis suis et ait Accipite et

comedite Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem

gratias egit et dedit illis dicens Bibite ex hoc omnes

hic est enim sanguis meus novi testamenti qui pro

multis effundetur in remissionem peccatorum Dico autem vobis

non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem

illum cum illud bibam vobiscum novum in regno patris

mei Et ympno dicto exierunt in montem oliveti

Tunc dicit illis ihesus Omnes vos scandalum patiemini

in me in ista nocte Scriptum est enim percutiam pa

storem et dispergentur oves gregis postquam autem

surrexero precedam vos in galyleam Respondens autem

petrus ait illi Et si omnes scandalizati fuerint

in te ego numquam scandalizabor Ait illi ihesus Amen

dico tibi quia in hac nocte antequam gallus cantet ter

me negabis Ait illi petrus Etiam si oportuerit

me mori tecum non te negabo Similiter et omnes

discipuli dixerunt Tunc venit ihesus cum illis in villam

que dicit^r gethsemani et dix^t discipul suis Se-
dete hic donec vadam illuc et orem Et assupto
petro et duob; filiis zebedei cepit contristari
et mestus esse Tunc ait ill Tristis est anima
mea usq ad morte Sustinete hic et vigilate
mecu Et pgressus pusillu pcid^t in facie suam
orans et dicens Pater mi si possi^le e transeat
ame calix iste Verumtn no sicut ego volo s; sicut
tu Et venit ad discipulos et inve eos dormie-
tes Et dicit petro Sic no potuisti una hora

vigilare mecu Vigilate et orate vt nō intret
in temptacioez Sp̄us quidē p̄mpt9 ē caro autē
infirma Iterū scdo abiit et orau dicens Pater si
nō pt hic calix transire nisi bibam illū fiat volū
tas tua Et venit iterū et invenit eos dormiētes
Erāt eni oculi eoꝝ gravati Et relictis ill iterū abiit
et orauit tercio eūdē sermonez dicens Tunc venit
ad discipulos suos et dicit ill Dormite iam et
requiescite Ecce appinquab hora et filius hoīs
tradet in manus ~~peccatorum~~ pctoꝝ Surgite eamus

Ecce appinquabit qui me tradet Adhuc eo lo-
quente, ecce iudas vnus de duodecim venit et cu
eo turba multa cu gladijs et fustibz missi a principi
bus sacerdotu et senioribz ppli Qui aut tradidit
eu dedit eis signu dicens Quemcumqz osculatus
fuero ipe est tenete eum Et confestim accedens
ad ihm dixit Aue rabi et osculatus est eu Dixit
qz illi ihus Amice ad quid venisti Tunc acces
serunt et manus iniecerunt in eum ih[illegible] et tenuerunt
eum Et ecce vnus ex hijs qui erat cu ihu extendens

manu exemit gladiu suu et pcutiens suu plicipis

sacerdotu amputa[vi]t auriclam eius. Tunc ait illi ihs

Converte gladiu tuu in locu suu. Omnes enim qui acceperint

gladium gladio peribunt. An putas quia non possum

rogare patrem meu et exhibebit michi modo plusquam

duodecim legiones angelorum. Quomodo ergo implebuntur

scripture. Quia sic oportet fieri. In illa hora dixit

ihus. Tamquam ad latronem existis cum gladiis et

fustibus comprehendere me. Cottidie aput vos sede-

bam docens in templo et non me tenuistis. Hoc autem

totum factum est vt adimplerentur scripture prophetarum

Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi te-

nentes ihesum duxerunt ad caypham principem sacer-

dotum vbi scribe et pharisei conuenerant. Petrus

autem sequebatur eum a longe vsque in atrium principis

sacerdotum. Et ingressus intro sedebat cum ministris vt vi-

deret finem. Principes autem sacerdotum et omne concilium

querebant falsum testimonium contra ihesum vt eum

morti traderent et non inuenerunt cum multi falsi

testes accessissent. Nouissime autem venerunt

duo falsi testes et dixerunt Hic dixit Possum destruere
templum dei et post triduum reedificare illud Et surgens
princeps sacerdotum ait illi Nichil respondes ad ea que isti
adversum te testificantur Ihesus autem tacebat Et princeps
sacerdotum ait illi Adiuro te per deum vivum ut dicas
nobis si tu es christus filius dei Dicit illi ihesus Tu
dixisti Verumtamen dico vobis Amodo videbitis filium
hominis sedentem a dextris virtutis dei et venientem
in nubibus celi Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta
sua dicens Blasphemavit Quid adhuc egemus

testibus Ecce nunc audistis blasphemiam Quid
vobis videtur At illi respondentes dixerunt Reus est mortis
Tunc exspuerunt in faciem eius et colaphis eum
ceciderunt Alii autem palmas in faciem eius dederunt
dicentes Prophetiza nobis xpe quis est qui te percus-
sit Petrus vero sedebat foris in atrio Et acces-
sit ad eum vna ancilla dicens Et tu cum ihesu
galileo eras At ille negavit coram omnibus dicens
Nescio quid dicis Exeunte autem illo ianuam
vidit eum alia ancilla et ait hys qui erant ibi

Et hic erat cum ihesu nazareno. Et ille negavit
cum iuramento quia non novi hominem. Et post pu-
sillum accesserunt qui stabant et dixerunt petro
Vere et tu ex illis es nam et loquela tua manifestum
te facit. Tunc cepit detestari et iurare quia
non novissem hominem. Et continuo gallus cantavit.
Et recordatus est petrus verbi ihesu quod dixerat prius
quam gallus cantet ter me negabis. Et egressus
foras flevit amare. Mane autem facto consilium
inierunt omnes principes sacerdotum et seniorum

ipsi aduersus ihesum ut eum morti traderent. Et
vinctum adduxerunt eum et tradiderunt pontio
pilato presidi. Tunc videns iudas qui eum tradidit
quod dampnatus esset penitentia ductus retulit triginta
argenteos principibus sacerdotum et senioribus populi
dicens peccavi tradens iustum. At illi dixerunt
Quid ad nos tu videris. Et proiectis argenteis
in templo recessit et abiens laqueo se suspendit.
Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixe
runt Non licet mittere eos in corbanam

quia precium sanguinis est. Consilio autem inito
emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum
Propter hoc vocatus est ager ille lingwa eorum achel
demach hoc est ager sanguinis usque in hodiernum
diem. Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam
dicentem. Et acceperunt triginta argenteos precium
appreciati quem appreciaverunt a filiis israel et dederunt
eos in agrum figuli sicut constituit michi dominus. Jhesus
autem stetit ante presidem. Et interrogavit eum preses
dicens. Tu es rex iudeorum. Dicit ei ihesus. Tu dicis

Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus
nichil respondit. Tunc dicit illi pilatus Non audis
quanta adversum te dicunt testimonia Et non respondit
ei ad ullum verbum ita ut miraretur preses vehementer
Per diem autem solempnem consueverat preses
dimittere populo unum vinctum quem voluisset Habebant
autem tunc unum vinctum insignem qui dicebatur
barrabas Congregatis ergo illis dixit pylatus
Quem vultis dimittam vobis barrabam an ihesum
qui dicitur xpistus Sciebat enim quod per invidiam

tradidisset eum Sedente autem illo pro tribunali misit

ad eum uxor eius dicens Nichil tibi et iusto illi

Multa enim passa sum hodie per visum propter eum Prin

cipes autem sacerdotum et seniores populi persuaserunt populis

ut peterent Barrabam ihesum vero perderent Re

spondens autem preses ait illis Quem vultis vobis de duobus

dimitti At illi dixerunt Barrabam Dicit illis Py

latus Quid igitur faciam de ihesu qui dicitur xpc Dicunt

omnes crucifigatur Ait illis preses Quid enim

mali fecit At illi magis clamabant dicentes Crucifigatur

Videns autem pylatus quia nichil proficeret sed magis

tumultus fieret accepta aqua lavit manus coram

populo dicens Innocens ego sum a sanguine iusti vos

videritis Et respondens universus populus dixit Sanguis

eius super nos et super filios nostros. Tunc

dimisit illis barrabam ihm autem flagellatum

tradidit eis ut crucifigeretur. Tunc milites presidis su-

scipientes ihm in pretorio congregaverunt ad eum

universam cohortem et exuentes eum clamidem

coccineam circumdederunt ei et plectentes coronam

de spinis posuerunt super caput eius et harun-
dinem in dextera eius et genu flexo ad eum illu
debat ei dicentes Aue rex iudeorum Et expuentes
in eum acceperunt arundinem et percutiebat caput
eius Et postquam illuserunt ei exuerunt eum clamide
et induerunt eum vestimento eius et duxerunt
eum ut crucifigerent Precedentes autem inuenerunt hominem
cyreneum venientem de villa nomine simonem hunc
angariant ut tolleret crucem eius Et venerunt
in locum qui dicitur golgatha quod est caluarie locus

Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum Et cum
gustasset noluit bibere Postquam autem crucifixerunt eum
diviserunt sibi vestimenta eius sortem mittentes
ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem
Diviserunt sibi vestimenta mea et super vestem
meam miserunt sortem Et sedentes servabant
eum Et imposuerunt super caput eius causam
ipsius scriptam Hic est ihesus nazarenus rex iudeorum
Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones unus
a dextris et unus a sinistris Pretereuntes autem

blasphemabat eu monetes capita sua et d[ic]e[nt]es
Vach qui destruit templum tepli et in triduo reedifi
cat illud Salua temetipsum si filius dei es de
scende de cruce Similit[er] et pri[n]cipes sac[erdo]tu[m] illudentes
cu[m] scrib[is] et senioribus dicebat Alios saluos fecit
seipsum saluu[m] facere no[n] p[otes]t Si rex isr[ae]l est descen
dat nu[n]c de cruce et credimus ei Confidit in deo li
beret eu[m] nu[n]c si uult dix[it] enim quia filius dei sum
Idipsum a[utem] et latrones qui crucifixi erat cu[m] eo
improperabat ei A sexta a[utem] hora tenebre facte

sunt sup universam terram usque in horam nonam
Et circa horam nonam exclamavit ihesus voce ma
gna dicens Hely hely lamazabathani. hoc est
deus meus deus meus ut quid dereliquisti me.
Quidam autem illic stantes et audientes dicebant
Helyam vocat iste. Et continuo currens unus ex eis
accepta spongia implevit aceto et imposuit arun
dinem et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant Sine
videamus an veniat helyas liberans eum
Ihesus autem iterum clamans voce magna emisit spiri

Et ecce velu tpli scissum est in duas ptes a summo
vsqz deorsu et tra mota e et petre scisse sunt
et monumeta apta sut. et mlta corpa sctorum
qui dormierat surrexerut / et exeuntes de monum[ent]
p9 resurrectoez eius venerut in sctaz ciuitatem
et apparuerut mltis. Centurio aut[em] et q cu eo erat
custodientes ihm viso tre motu et hijs que
fiebat timuerunt valde dicentes Vere filius dei
erat iste. Erat aut[em] ibi mlieres mlte a longe que
secute erat ihm a galilea ministrantes ei ml

quas erat maria magdalena et maria

Iacobi et Ioseph mater et mater filiorum zebedei

Cum sero autem factum esset venit quidam homo dives

ab arymathia nomine ioseph qui et ipse di

scipulus erat ihesu. Hic accessit ad pylatum et pecijt

corpus ihesu. Tunc pylatus iussit reddi corpus

Et accepto corpore yoseph involuit illud in


sindone munda et posuit illud in monumento


suo novo quod exciderat de petra et aduoluit


saxum magnum ad hostium monumenti et abijt

Erat autem ibi maria magdalena et altera ma
ria sedentes contra sepulcrum
Altera autem die que est post parasceue con-
uenerunt principes sacerdotum et pharisei ad pilatum
dicentes Domine recordati sumus quia seductor ille
dixit adhuc uiuens post tres dies resurgam Iube
ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium ne
forte ueniant discipuli eius et furentur eum et dicant
plebi surrexit a mortuis Et erit nouissimus error
peior priore Ait illis pylatus Habetis custodiam


Ite custodite sicut scitis Illi autem abeuntes
munierunt sepulcrum signantes lapidem
cum custodibus










4








17

190

memoria
intellectus dicitur vocalis
voluntas

Pater noster qui es in celis
nomen qui cum tenet relative
te ty vz sed ienze / et nota ktori
Item pro dicitur / wnyebyesech sed tope
[illegible] / nanyebyesech
Item oswyecz sya / al swyatho badz sed imperativa
et nota optativa [illegible] oswyeczi sya
Item [illegible] ymya twe [illegible] et [illegible] disposita [illegible] debet dici / y nye nas wodzi etc.

Sanctificetur nomen tuum // Item nota [illegible] in omne [illegible] polonice
Adveniat regnum tuum // na [illegible] in temptacionem
Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra
Panem nostrum cotidianum da nobis hodie
Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris
Et ne nos inducas in temptacionem
Sed libera nos a malo.
Amen.

Item nota [illegible] sed [illegible] / [illegible] debet dici / chleba naszego wschedniego etc.

et z blogoslawyona ty wnyewyasthach etc. et ordo yesz sya poczal z ducha swyatego etc.

pluvia
nix — aqua
glacies

Otcze nasz ienze ies na nyebyesech // Oswyaczsya ymya twe // przidzi twe crolewstwo // Badz twa volya iako na nyebye tako y na zyemi // Chleb nasz wschedni day nam dzisa // y odpuscy nam nasze vini iako y mi odpusczamy naszym vinowatom // y newodzi nas wpokuszenye // Alye nas zbaw odzlego

pater
filius — deus
spiritus sanctus

Credo in deum
- patrem omnipotentem — Creatorem celi et terre
- Et in ihesum cristum filium eius unicum dominum nostrum
  - Qui conceptus est de spiritu sancto
  - natus ex maria virgine
  - passus sub poncio pilato / crucifixus / mortuus / et sepultus
  - Descendit ad inferna
  - Tercia die resurrexit a mortuis
  - Ascendit ad celos. sedet ad dexteram dei patris omnipotentis
  - Inde venturus est iudicare vivos et mortuos
- Credo in spiritum sanctum
  - Sanctam ecclesiam katholicam
  - Sanctorum communionem
  - Remissionem peccatorum
  - Carnis resurrectionem
  - Et vitam eternam

Zdrowa maria milosty pełna bog stobą. Blogosławyona ty medzi newyastami / y blogoslawyony owocz zywota twego

Credo / ihesum / qui / sustinuit / surrexit / volat / inde / in sanctum / sanctam / dimitte / surget / vitam

Wyerza w bog otcza wszemogacego stworzyczelya nyeba y zemye // Petrus
y wiezu crista syna iego iedinego pana naszego. // Andreas
ien sya poczal duchem swyatim / narodzil sya z marie dzewice // Iohannes
umaczon pod poncskim pilatem / vkrzizowan / vmarl / y pogrzebyon // Jacobus maior
Stapil do pyekla. trzeciego dnya zmartwich wstal. // Philippus
wstapil na nyebyosa sedzi na prawiczi boga otcza wszemogacego // Jacobus minor
odiadze przidze sadzic zywich y martwich // Thomas
wyerza w ducha swyatego // Bartholomeus
Swyata czirkew krzescianska / swyatich obcowanye // Matheus
Odpusczenye grzechow // Simon
Cyala zmartwich wstanye // Thadeus
y vyeczni ziwot // Mathias

Pater noster / Est enim pater noster [illegible] creacione. [illegible] et amore. dicitur es in celis / [illegible] in celis [illegible] spiritus trinitatis [illegible] Sanctificetur nomen tuum. ut [illegible] Adveniat regnum tuum [illegible] sine [illegible] Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra / [illegible] Panem nostrum da nobis hodie [illegible] Et dimitte nobis debita nostra / [illegible] sicut et nos dimittimus debitoribus nostris qui nos offenderunt iniuria [illegible] ablacione [illegible] molestia [illegible] // Et ne nos inducas in temptacionem [illegible] Sed libera nos a malo [illegible] verbo etc.

Gracias agimus tibi domine deus omnipotens pro universis beneficiis tuis qui vivis et regnas [redacted] per omnia secula seculorum // Laudate dominum omnes gentes laudate eum omnes populi quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas domini manet in eternum. Gloria patri etc. Sicut erat etc. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster etc. Et ne nos inducas etc. pro benefactoribus nostris. Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi // Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo // In domino laudabitur anima mea: audiant mansueti et letentur // Magnificate dominum mecum: et exaltemus nomen eius in idipsum // Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et usque in seculum // Oremus // Retribuere dignare domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen sanctum tuum vitam eternam Amen // Benedicamus domino. Deo gracias // Anime omnium fidelium defunctorum et pauperes [illegible] et benefactorum nostrorum [illegible] et passio domini nostri [illegible] in pace Amen. Pater noster domine [illegible] pro benefactoribus mortuis // [illegible] sicut patrem et regno [illegible] vitam eternam Amen.

Benedicite. Dominus // Oculi omnium in te sperant domine et tu das escam illorum in tempore oportuno // Aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione // vel // Gustate et videte quoniam suavis est dominus beatus vir qui sperat in eo // vel // Edent pauperes et saturabuntur et laudabunt dominum qui requirunt eum // vivent corda eorum in seculum seculi // Gloria patri etc. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos etc. // Oremus. Benedic domine nos et dona que de tua largitate sumus sumpturi per Christum dominum nostrum Amen // Lector Iube domine benedicere. Mense celestis participes faciat nos rex eterne glorie vel Ad cenam vite eterne perducat nos [illegible] Amen // Deus caritas est et qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. Tu autem domine miserere nobis. Deo gracias.

Memoria
[illegible]

V

[illegible] kaszn twortza naszego · nemasz mecz boga gynnego
Sprzy[illegible]oszczy nyestatku twego · nyebyerz ymyenya bozego
zpamyatay tho thobye mowyla · byj czczil swyata y nyedzelya
Oczyszli mecz laska mowy · oycza czczi y matka twoya
Nye zabyay brata swadz · rabka bogyny a ny rada
nyekradnu gymyenya cudzego · nadzwym codzelay swego
nyezyn grzechu nyeczystego · przy swyadku malzonskiego
nyeswyadczy na blyznyego swego · lysza swyadecztwa falszywego
nyepozadaj zony jego · tak schowasz yzaś stadla twego
swyatnych rzeczy nyekorzystny · boze przykazany tako swyety

